



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

G2
9
760



Ga 9.760



Harvard College Library


FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."



0



INDEX SCHOLARVM
IN
VNIVERSITATE LITTERARIA
GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXC—MDCCCXCI


A DIE XV MENSIS OCTOBRI

HABENDARVM.

PRAEMISSA EST ERNESTI MAASS DE AESCHYLII
=
SVPLICIBVS COMMENTATIO.

GRYPHISWALDIAE
EX OFFICINA IVLII ABEL
MDCCCXC.

Ga 9.760



Constantius fund

VNIVERSITATIS LITTERARIAE
GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

ALEXANDER REIFFERSCHIED

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

SUPPLICES Aeschyleas insiticio versu liberabimus, quo interrupta dialogi regem inter et Danaï filias continuatio argumento etiam deformato nullo tamen interpretum dissensu propagari pergit. Coeperat chorus inde ab versu 278 fortunam suam a Jovis et Jonis proavae eventis exorsus deplorare regi ex parte iam cognitis. Qui hunc in modum inter se conloquuntur:

- Χορ. κληδοῦχον Ἦρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἴω γενέσθαι τῆδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί.
- 280 Βασ. ἦν ὡς μάλιστα, καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.
μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μυχθῆναι βροτῶ;
- Χορ. κἀκρυπτά γ' Ἦρας ταῦτα τἀμπαλάγματα.
- Βασ. πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νείκη τάδε;
- Χορ. βούν τὴν γυναῖκα ἔθηκεν Ἀργεῖα θεός.
- 285 Βασ. οὐκοῦν πελάζει Ζεὺς ἐπ' εὐκχαίρῳ βοῆ;
- Χορ. φασίν, πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας.
- Βασ. τί δήτα πρὸς ταῦτ' ἄλογος ἰσχυρὰ Διός;
- Χορ. τὸν πάνθ' ὄρωντα φύλακα' ἐπέστησεν βοῆ.
- Βασ. ποῖον πανόπτῃν οἰοβουκόλον λέγεις;
- 290 Χορ. Ἦργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα Γῆς κατέκτανεν.
- Βασ. τί δ'; οὐκ ἔτευξεν ἄλλο δυσπότημῳ βοῆ;
- Χορ. βοηλάτῃν μύωπα κινήτηριον.
- Βασ. Οἴστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νεῖλου † πέλας.

- Χορ. τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.
 295 Βασ. καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.
 Χορ. καὶ μὴν Κάνωβον κάπι Μέμφιν ἔκετο,
 καὶ Ζεὺς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φτεύει γόνον.
 Βασ. τίς οὖν ὁ Δίος πόρτις εὐχεται βόος;
 Χορ. Ἐπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

In quo dialogo erant qui propterea offenderent, quod, cum ceteroquin certo poetae consilio inde a v. 282¹⁾ κατὰ στίχον cum rege puellae conloquerentur ac pergerent etiam sermocinari usque ad v. 308, semel (v. 297,8) duos non male inter se nexos versus a choro pronuntiari codices testarentur. Tollendam rati hanc inconcinnitatem lacunam, qua regis quidam versus excidisset, inter 297 et 298 signaverunt, tametsi ad sententiam quid deesset proferre nemodum potuit. Adiungimus alteram difficultatem, quae adhuc latuit criticos. Usus Juppiter erat virgine Argis v. 281 et posteaquam mutata in vaccam erat perrexit uti, ut gravida facta terrarum per orbem longinquo itinere et diuturno erravisse censenda sit necessario, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλια εὐναὶ ἀθανάτων teste ipso Neptuno λ 249. Quodsi paritura Jo in Aegyptum pervenit, iteratae Jovis cum gravida nuptiae nec fingi serio nec tolerari ullo pacto possunt.²⁾ Ergo expellendum versiculum vitio insuper metrico corruptum καὶ Ζεὺς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φτεύει γόνον, (ubi φτεύει Scaliger commendavit) existimamus: quo expulso nihilo secius integra procedit sententia. Interpolandi rationem duplicem invenimus, alteram 'Vincto Prometheo' suppeditante alteram 'Supplicum' loco quodam perperam intellecto. Illic enim v. 852 sqq. deflexa narrationis forma historiam Jonis Aeschylus ita persecutus est, ut puella spreto Jovis desideriis intacta propelleretur et finitis tandem erroribus et facie humana menteque recuperata Epaphum a deo conciperet. 'Supplices' autem de Jone filium in Aegypto enixa hos versus 564 sqq. proponunt: λαβοῦσα δ' ἔρμα Δίον ἀψευδεὶ λόγῳ γείνατο πατὴρ ἀμεμφῆ, δι' αἰῶνος μακροῦ πάνολβον· ἐνθεν πᾶσα βοᾷ χθῶν· φουσιζοον γένος τόδε Ζηγός ἐστιν ἀληθῶς· τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν Ἴηρας νόσους ἐπιβούλους; Δίος τόδ' ἔργον'. Possit si quis haec sola spectarit Jovem apud Aegyptios demum Jonem compressisse suo iure credere. Alteram vero interpretationem ab universa 'Supplicum'

¹⁾ Post v. 280 excidisse chori ducis verba Kirchhoffius non recte adnotavit: v. 278,9. v. 280,1.

²⁾ Illud ne Ovidius quidem (Metam. I 734 sqq.) ausus est:

coniugis ille suae complexus colla lacertis,
 finiat ut poenas tandem, rogat 'in'que 'futurum
 pone metus' inquit; 'numquam tibi causa doloris
 haec erit': et Stygias iubet hoc audire paludes.
 ut lenita dea est, vultus capit illa priores . . .
 huic Epaphus magni genitus de semine tandem
 creditur esse Jovis perque urbes iuncta parenti
 templa tenet.

Ausus est tale quid comicus quidam graecus Euripidis Alcumenam irrisurus, unde Plautus Amphitruonem vertit (Engelmann, Beitrage zu Euripides I p. 17. Progr. d. Friedrichgymnasiums Berlin 1882)

fabula flagitatum iidem illi de quibus quaerimus versus admittunt, ut Jo 'infantem reapse ab ipso Jove conceptum antea (in patria nimirum)' apud Aegyptios peperisse dicatur. Neque enim ubi generatus, sed ubi natus Epaphus esset, dici illo loco interfuit. Itaque versum 298 *καὶ Ζεὺς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φυτεύει γόνον* ex v. 519 *γενοῦ πολυμῆστορ, ἔφαπτορ Ἰούς* et v. 576 sq. *πατήρ φυτοῦργος αὐτόχειρ ἀναξ γένους παλαιόφρων μέγας τέκτων* male conflatum esse putamus.

Deinceps Promethei versus 847 sqq. supra commemoratos interpretabimur. Ibi sic Prometheus coram Jone vaticinatur:

- 847 ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονὸς
 Νεῖλου πρὸς αὐτῆ στόματι καὶ προσχώματι.
 ἐνταῦθα δὴ σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
- 850 ἐπαφῶν ἀταρβεί χειρὶ καὶ θιγῶν μόνον.
 ἐπώνυμον δὲ τῶν Διδὸς γεννημάτων
 τέξεις κελαινὸν Ἐπαφον, ὃς καρπώσεται
- 853 ὄσπην πλατύρρους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα.

'Manu attigisse' Jonem Juppiter mentem ei refecturus versibus 849 sq. dicitur declaraturque ipsis verbis ἐπαφῶν et θιγῶν ab hac Jovis contrectatione Ἐπάφου veriloquium esse sumendum: dummodo proximo versu eiusdem nominis contraria explicatio ne subiceretur. Nam qui ἐπώνυμον τῶν Διδὸς γεννημάτων Epaphum praedicavit, idem non sanantis contactum, sed gignentis intellegi voluit. Incredibilem dissensum duorum versuum in codicibus sese excipientium θιγμάτων vocabulo pessime novato pro γεννημάτων Peyraredus tollere conatus est.¹⁾ Godofredus autem Hermannus periisse ante ἐπαφῶν talem versiculum putare maluit qualis hic est *παύσας τε μόχθων τῶνδε φυτεύει γόνον*, etsi contactu solo i. e. proprie dicto (θιγῶν μόνον) gravidam deum reapse feminam fecisse et procreasse filium ne Hermanno quidem verisimile videbatur. Certe illud hinc procul habendum est, quoniam *γεννήματα*, i. e. 'prognatus', Jovis ex Jone Epaphus vocatur. Verum deleto versu Petrus Elmsleyus hac quoque in re dudum assecutus est, a quo ita tantummodo recedimus, ut non ex adnotatione casu in poetae verba irrepsisse versum sed exaequandae 'Supplices' inter et 'Prometheum' discrepantiae causa fictum esse iudicemus. Nam cum Jovis 'contactus' in Prometheo improprie ex generando intellegatur,²⁾ vox eadem suo sensu in Supplicibus, ut

¹⁾ Copiose in Plauti Amphitruone Alcumena iurat v. 833, 'ut mihi extra unum te (Amphitruonem) mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret.' Nonn. III 285 (infra p. VIII). Ion in 'Eurytidis' apud Hesych. et Et. M. s. v. ἀθικτον (fr. 11 N.²) ... καὶ ἡ παρθένος δὲ οὕτως ἐλέγτο. καὶ "ἀθικτορας" ἀνεπάφους, ἀνάνδρους κτλ.'

²⁾ Wieselerus cum pro γεννημάτων coniceret γέννημ' ἀφῶν, difficultatis naturam qualis esset proreus ignorabat. Detestamur Wecklini audaciam poetam ita vitiantis:

ἐπαφῶν ἀταρβεί χειρὶ κάμπνεύσας μόνον
 ἐπώνυμον δὲ Ζηνὸς εἰσαφασμάτων.

Audacter quidem attamen graece scribere voluit Helmssoethius:

ἐπαφῶν τ' ἀταρβεί χειρὶ φυτεύει γόνον.
 ἐπώνυμον δὲ τῶν Διδὸς φυτιμάτων.

factum etiam illo in versu est, adhibita occurrit. Quae si recte disputata sunt, eandem interpolatoris manum bis deprehendimus.

Quae ad Jovem 'contrectatorem' pertineant, ut ad graviora aditus patefiat, ex Supplicibus componimus. Versibus 554 sqq. και τότε δη τις ἦν ὁ θεύξας πολυπλαγκτον ἀθλίαν οἰστροδόνητον Ἰώ; Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου . . . βλα (δύα coni. Hermannus) δ' ἀπημάντῃ σθένει και θεύξαις ἐπιπνοίαις παύεται, δακρύων δ' ἀποστάζει πένθιμον αἰδῶ dicitur vis Joni duplex facta et in bovem commutatae et vesanae: illud divinae manus contagio (ἀπημάντῃ σθένει)¹⁾, hoc θεύξαις ἐπιπνοίαις (afflantis dei contagio) sedatum esse perhibetur. Igitur exspectandum est poetam, si etiam hac in tragoedia veriloquium Ἐπάφου periclitatus est, ab hac duplici ἐπαφῇ Joni matri a Jove inlata Epaphum quamvis perversa tamen sibi constanti et sueta ratione denominavisse. Nec fefellit opinatio. V. 16 sqq. Argis puellae se oriundas gloriantur, ὅθεν δη γένος ἡμέτερον (scil. ἐστὶ), τῆς οἰστροδόνου βοῆς ἐξ ἐπαφῆς καὶ ἐπιπνοίας Διὸς εὐχόμενον τετελέσθαι: ubi ex vitiosa scriptura codicum τετελέσθαι conlato v. 521 γένος εὐχόμεθ' εἶναι γὰς ἀπὸ τᾶσδ', ἐνοικοι ipsi restituimus τετελέσθαι, cedentes tamen Schuetzio emendatiunculae laudem iam octoginta fere annos mira concordia ab editoribus despectae. Hae igitur Jovis 'contrectationes' Joni salutiferae ῥύσια illa sunt, de quibus v. 299 sq. poeta:

τίς οὖν ὁ Δίος πόρτις εὐχεται βοῆς;

Ἐπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

Alibi alterum utrum Jovis contagium solum commemoratur: v. 1035 sqq. ὅσπερ Ἰὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὐ χειρὶ παιωνία, καταστροφᾶν (G. Hermann: κατασχεθᾶν M) εὐμενεῖ βλα κτίσας — nam mihi utrumque videtur de transformatione corporis dictum χειρὸς ἐφάψει effecta — et v. 40 sqq. νῦν δ' ἐπικεκλωμένα Δίον πόρτιν ὑπερπόντιον τιμᾶορ', ἵνι ἀνθονομούσας προγόνου βοῆς, ἐξ ἐπιπνοίας Ζηνὸς ἔφαψιν (ἐπωνυμία δ' ἐπεκράινετο μόρσιμος αἰὼν εὐλόγως, Ἐπαφόν τ' ἐγέννασεν) ὄντ' ἐπιλεξομένα, νῦν ἐν ποιονόμοις ματρὸς ἀρχαίας τόποις τῶν πρόσθε πόνων μνασαμένα, γονέων²⁾ ἐπιδείξω πιστὰ τεκμήρια κτλ'. Horum versuum structura impedita interpretibus adeo visa est, ut de veritate desperantes quotquot nobis innotuerunt omnes obmutuerint. Interruptam nos enuntiato ἐπωνυμία — ἐγέννασεν orationem censemus et participium ἐπικεκλωμένα Δίον πόρτιν repeti iis quae subiunxit ὄντ' ἐπιλεξο-

¹⁾ Iniecta manu transformationem efficit Apollo Cragalei (Antonin. Lib. 4 'Ἀπόλλων δὲ κατ' ὄργην ἀφάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ πέτρον ἐποίησεν Ἰναπερ εἰστήκει) Jupiter Periphantis (ib. 6 Ζεὺς δὲ νεμοσήσας . . . ἑλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περιφαντος και καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ κίσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν, τὴν δὲ γυναῖκα . . . φήγη). Locos Knaackius suppeditavit. Iam Ovidius Metam. II 476 sqq. quid voluerit perspicimus. Juno irata ut adimat Callistoni speciem humanam

aversam prensis a fronte capillis

stravit humi pronam . tendebat bracchia supplex:

bracchia coeperunt nigris horrescere villis etc.

Teneamus tamen tria haec exempla de diis esse iracundia abreptis. Baculo non modo Mercurius Antonin. io. 23, verum etiam Diana utitur Meleagri sorores mutatura ib. 2.

²⁾ γονέων G. Hermann: τὰ τε νῦν M.

μένα usque ad ἐπιδελξω arbitramur. At demonstrativum, inquires, pronomen pro relativa quae exstat copulatione οὗτα requiritur et nos quoque requiri credidimus, donec divinum Lucretii prooemium in memoriam revocarem ob eandem inconcinnitatem multis criticorum conaminibus vexatum. Rectam viam in Lucretio incessit Adolphi Kiesslingii praeceptoris collegae amici pia memoria colendi sagacitas. Is enim versibus 6—20 παρενθετικῶς scriptis hanc constructionem elicit¹⁾:

Aeneadam genetrix, hominum divomque voluptas,
 alma Venus, caeli subter labentia signa
 quae mare navigerum, quae terras frugiferentis
 concelebras, per te quoniam genus omne animantum
 5 concipitur visitque exortum lumina solis
 (te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli
 adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
 8 summittit flores, tibi rident aequora ponti . . .
 19 omnibus incutiens blandum per pectora amorem
 20 efficis ut cupide generatim saecula propagent)
 quae quoniam rerum naturam sola gubernas,
 nec sine te quicquam dias in luminis oras
 exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam:
 24 te sociam studeo scribendis versibus esse.

Itaque cum post hoc invocandi exordium 'Aeneadam genetrix, per te quoniam genus omne animantum visit exortum lumina solis' grammatica ratio ut continuetur poscat 'TV quoniam gubernas': poeta ut Aeschylus relativum pronomen QVAE subnectere maluit.

Quibus in transcurso expeditis ad rem propositam revertimur. Filiolum igitur Argis conceptum cum Jo in Aegypto edidisset, hic a spiritus divini salute Joni allata 'Ζηνὸς ἔφασις ἐξ ἐπιπνοίας' dictus est abstracta voce concretae audacissime supposita.²⁾ Haec paene iocosa ratio etymologa aliquantum eo nihilominus excusatur, quod eius non auctorem sed sectatorem esse Aeschylum demonstrari potest. Qua de re duo testimonia (si sunt duo) sufficiant. A manus divinae 'contactu' Epaphum et Apollodorus (II 1 φωραθεὶς δὲ ὑφ' Ἡρας τῆς μὲν κόρης ἀψάμενος εἰς βόυν μετεμόρφωσεν atque eodem modo inferius de Jone: ἦκεν εἰς Αἴγυπτον, ἔπου τὴν ἀρχαίαν μορφήν ἀπολαβοῦσα — Jovis scilicet contagio — γεννᾷ παρὰ τῷ Νεῖλω ποταμῷ Ἐπαφον) et scholiographus

¹⁾ Cf. Susemihlium *Ind. lect. aest. Gryph.* 1884 p. 5 sq. (ubi criticorum indicem reperies) et *Philol.* XLIV p. 749.

²⁾ Hermannus aliter explicat (II p. 5), cum scribit: 'secundum nomen a contactu impositum, inquit chorus, exhibat iustum tempus, ut consentaneum erat: h. e. a contactu, quo gravida facta est Jo, exactis iustis mensibus peperit puerum, cui ab illo contactu nomen Epaphi inditum est.' Quae cur reprobanda censeamus, satis supra dictum est.

VIII

Eurip. Phoen. 678 Ἐπαφος ἐκλήθη, ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ἐπαφησάμενος τῆς Ἰούς πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν μετεμόρφωσε, quorum testium neutrum cohaerere cum Aeschylea fabula inferius monstrabitur. Quae cum ita sint, fuisse qui ante Aeschylum perversum illud Ἐραφί᾽ veriloquium excogitaret indagavimus.

II

Ἐπαφον esse contrectatorem (ἐφάπτορα) vel contrectatum (ἐφαπτόν)¹⁾, non eum qui ex contactu oritur linguae ratio comprobatur: activam significationem Aeschylus v. 519, ubi chorus Jovem precatur ἑνεοῦ πολυμνήστορ, ἐφαπτορ Ἰούς, persensit. E radice ἀφ cum ἐπί coniuncta non ἐφαφ-ος fieri sed ἐπαφ-ος necesse est. Novum verbum ἐπαφᾶν ex nomine ἐπαφή (Suppl. 17)²⁾ procius in hoc argumento mediali forma et Moschus Aeschyleam fabulam secutus³⁾ v. 50,1 Ζεὺς Κρονίδης ἐπαφόμενος ἡρέμα χερσὶν | πόρτιος Ἰναχίης et Nonnus eadem versus sede⁴⁾ usurpavit III 284 sqq.

ἐνθ' Ἐπαφον Διὶ τίκτεν, ἀκηρασίων ὅτι κόλπων
Ἰναχίης δαμάλης ἐπαφίσατο θεῖος ἀκοίτης
χερσὶν ἐρωμανέεσσι· θεηγενέος δὲ τοκίος
ἐξ Ἐπάφου Λιβύη κτλ.',

etsi Nonnum de amantis contagio, ut in Prometheo Aeschylum (supra p. V), cogitavisse patet. Alia testimonia p. V¹ adscripsimus. Quid? quod ipsum illud ἐπαφος privativo α auctum passiva quidem sententia in graecis litteris haud raro reperitur? Delibabimus nonnulla. Stoicum Antoninus imperator (III 4 p. 23 Stich) describit ἀχραν-

¹⁾ Ab ἀπαφίσω perperam derivavit Eraphum H. D. Müller, Mythol. der griech. Stämme II p. 291.

²⁾ Plato Theaet. 186 B. Alterum Platonis locum apponimus valde in hac causa memorabilem interpolatione obscuratum. Cratyl. p. 404 C Φερρέφαττα δέ, πολλοὶ μὲν καὶ τοῦτο φοβοῦνται τὸ ὄνομα καὶ τὸν Ἀπόλλω ὑπὸ ἀπειρίας, ὡς ἔοικεν, ὀνομάτων ὀρθότητος. . . τὸ δὲ μὴνύει σοφίην εἶναι τὴν θεόν· ἅτε γὰρ φερομένων τῶν πραγμάτων τὸ [ἐφαπτόμενον καὶ] ἐπαφῶν καὶ δυνάμενον ἐπακολουθεῖν σοφία ἂν εἴη. Φερ-ἐπαφα οὖν διὰ τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἐπαφὴν τοῦ φερομένου ἢ θεοῦ ἂν ὀρθῶς καλοῖτο ἢ τοιοῦτόν τι κτλ.' Quae uncis saepsi, verbo ἐπαφῶν (quod rarum est) explicando destinata sunt, ut est in Hesychio s. v. ἐπαφησαμένη· ἀφαμένη. Plutarchus (Περὶ τοῦ ἀκούειν p. 46 D I p. 175 Wyt.) ἐπαφῆς καὶ νοουθεσίας πρὸς ἐπανόρθωσιν ἡθῶν ὡς περ φαρμάκω δάκνοντι λόγῳ χρωμένης ἐλέγχοντι inflexa sententia dixit, ad quem locum Wyttenbachius (Animadv. p. 309) exempla docte congressit.

³⁾ Unum qui ab Aeschylea tragoedia pendat Moschum invenimus. Qui in Ἐυρώπᾳ carmine v. 44 sqq. Ionem describens Jnachi filiam in vaccam mutatam mare transantem haec dicit:

ἔοιοι δ' ἔστασαν ὑψοῦ ἐπ' ὄφρυος αἰγιαλοῦ
φῶτες ἀολλήθην, θηεῦντο δὲ ποντοπόρον βοῦν.
ἐν δ' ἦν Ζεὺς Κρονίδης ἐπαφόμενος ἡρέμα χερσὶν
πόρτιος Ἰναχίης, τὴν δ' ἐπαπόρφω παρὰ Νεῖλω
ἐκ βοῦς εὐκέραιο πάλιν μετέμειβε γυναῖκα.

Praevit haec Aeschylus Suppl. 549 sqq.: βοροὶ δ' οἱ γὰς τότε ἦσαν ἔνομοι χλωρῷ δαίματι θυμὸν πάλλοντ' ὄφιν ἀήθη, βοτὸν ἐσορῶντας δυσχερὲς μὲξόμβροτον, τὰν μὲν βοός, τὰν δ' αὖ γυναϊκός. τέρας δ' ἔδιδάμβουν. Usus etiam Ἐπίσης Moschus est v. 1 sqq., ubi virgo Asiam et Europam de se certantes somnians Atossam imitatur Aeschyleam. Simile quid picturae pompeianae ab Helbigio p. 40 catalogi descriptae continent. Cf. Overbeckii 'Kunstmythologie' II p. 485.

⁴⁾ Tertius et quartus his accedunt Aratus v. 93 ὄνυχ' ἀμαξαίης ἐπαφόμενος εἶδεται Ἄρκτου et Agathias AP V 222 εἰ ποτε μὲν κιδάρης ἐπαφίσατο πληκτρον ἐλοῦσα.

τον ἡδονῶν, ἀτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνου, πάσης ὑβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναίσθητον πονηρίας κτλ.' Abolevisse hoc compositum usu quottidiano videtur et constanti titulorum scribendi genere servatum ad posteros pervenisse. Demosthenis contra Dionysodorum orationem c. 38 p. 901 S. producimus: ἡ δὲ συγγραφή τί λέγει; οὐ μὰ Δί' οὐ ταυθ', ἀ σὺ λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε. ἀλλ' ἐάν μὴ ἀποδιδῶς τὸ δάνειον καὶ τοὺς τόκους ἢ μὴ παράσχῃς τὰ ὑποκείμενα ἐμφανῆ καὶ ἀνέπαφα ἢ ἄλλο τι παρὰ τὴν σὴν συγγραφὴν ποιῆς, ἀποτίνειν κελεύει σε διπλάσια τὰ χρήματα. καὶ μοι λέγε αὐτὸ τοῦτο τῆς συγγραφῆς.¹⁾ Frequens et propria vox ἀνέπαφος manumissionum titulis phocicis, praeter delphicos quibus ἀνέπαφος retinetur²⁾. Velut Tithorae Sarapidi servae dedicantur Collitz. 1555 d: ἀπέδοτο Νικάρετος . . τῷ θεῷ τῷ Σεράπει κοράσιον ὀνόματι Εὐφροσύναν ἐπ' ἐλευθερίᾳ, ὥστε εἶναι αὐτὰν ἐλευθέραν καὶ ἀνέπαφον. 1555 f 19: παρμένι (sic) δὲ Ὀνασίφορον πάντα τὸν τὰς ζωᾶς χρόνον Νεικαινέτῳ Νεικαινέτου καὶ Διοκρίτῳ Τίμωνος, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπασιν ἐλευθέρᾳ ἔστω καὶ ἀνέπαφος. Servae Aesculapio manumittuntur Elataeae 1532 c 3 μὴ [ἐξέστω δὲ καταδουλιζέσθαι μῆθεν] σταν, ἀλλὰ ἐλευθέρᾳ ἔστω καὶ ἀνέπαφος (ἀπ)ὸ (π)[άντων] et Stiride 1548 b 10 καὶ μὴ [καταδουλιζάστω αὐτὰς μῆθεις] μῆδὲ καθ' ὅποιον τρόπον, ἀνεπάφ[ους οὖσας τὸν πάντα χρόνον ἀπὸ πάντων. εἰ δὲ τις ἐφάπτοιτο ἢ ἐπιλαμβάνοιτο³⁾ Ὀμειλίας ἢ Παρθένως, ἐξέστω [προσᾶμεν ὑπὲρ αὐτὰς τὸν ἱερέα] τοῦ Ἀσκλαπιοῦ κτλ.' Quid valeat τὸ ἀνέπαφος et ἐφάπτεσθαι, inscriptionibus quibusdam delphicis edocemur, in quibus accuratius ἀψασθαι vel ἐφάψασθαι ἐπὶ καταδουλισμῷ scribitur⁴⁾. Quod si quis manu iniecta tangit manumissum se ut suum sibi vindicare velle hoc symbolo prodit. Eandem consuetudinem Athenienses de servitiis libertate donatis sequebantur teste Menandro, quem egregie Meinekius emendavit (Suid. s. v. ἀνέπαφος = fr. 400 K.) τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματ' οὐδὲ ληπτέα, ubi οὐδ' ἔληι codices. Aeschylus ipse Suppl. 697 sq. de Danaidibus profugis ἴσως γὰρ ἄν, inquit, κίρυξ τις ἢ πρέσβη μῶλοι ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες. Neque aliter solemnī iuris formula Romani cum in ceteris legis actionibus⁵⁾ tum de servis aut capiendis aut tuendis si agitur 'manu adserere' sive in libertatem sive in servitutem dicunt, vel — quod magis etiam quadrat ad graecum terminum — 'manum adserere', i. e. manum admovere auctore Festo p. 25 M.⁶⁾.

¹⁾ Et. M. s. v. ἐγγυῶμαι ὅλον ἐν χερσὶν φυλάττω . . κυρίως δὲ, ὁ τὸ ὑποκείμενον ἀνέπαφον παρεχόμενος.

²⁾ ἐφάπτεσθαι hoc sensu etiam apud Orchomenios Boeotiae Collitz. 498—501 usurpatur (cum ceteri Boeoti alias dicendi formulas praeferant, velut ἀντιποιεῖσθαι) et Dodonaeos Collitz. 1348.

³⁾ ἀψασθαι vel ἐφάψασθαι solum adhibetur in titulo delphico 455 Ditt. εἰ δὲ τις ἐφάπτοιτο Κυπρίου, κύριος ἔστω σιλέων καὶ αὐτὸς αὐτὸν καὶ ὁ παρατυγχάνων ὡς ἐλεύθερον ὄντα κτλ., aliis.

⁴⁾ Dittenberger Syll. 455. 459 (bis) usque ad 468.

⁵⁾ Puchta 'Cursus der Institutionen' I⁸ p. 469 sqq. v. Bethmann-Hollweg 'Civilprozess des gemeinen Rechts in geschichtlicher Entwicklung' I p. 130 sq. Sohm 'Institutionen' p. 112.

⁶⁾ Varro L. L. p. 68: 'adserere manu in libertatem quom prendimus'. Plautus Pers. 163: 'continuo tu illam a lenone adserito manu.' Terentius Adelph. 193 sq.: 'neque vendendam censeo quae liberast: nam ego liberali illam adsero causa manu.' Livius III 44 de Verginia: 'M. Claudio clienti negotium dedit (Appius Claudius), ut virginem in servitutem adsereret neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias . . . virgini minister decemviri libidinis manum iniicit serva sua natam servamque appellans sequique

Epaphus in Aeschyli narratione cum ipse nihil agat quod indito nomini respondeat, agat potius Juppiter, flagitari ipsa fabula apparet, ut Jovem Ἐπαφον primitus sacro nomine appellatum esse iudicemus: conferatur Juppiter Ἐπωπεύς et Ἐπωπεύς¹⁾, Neptunus Ἐρεχθεύς et Ἐρεχθεύς, Orcus Ἄδμητος et Ἄδμητος, Apollo (vel Juppiter) Παίτων et Παίτων, Juppiter Ἀγαμέμνων et Ἀγαμέμνων, Juppiter (vel Apollo) Ἥπιος et Ἄπις, Jo Κερβέσσα et Κερβέσσα filia Jus²⁾, alii sexcenti. Illud quoque ex fabula intellegere, quae vis et natura Jovis Epaphi fuerit, reapse nobis videmur, modo ne de fortuita ac semel gesta re, velut de transformatione, sed de constanti quodam munere et officio cogitandum esse teneatur. Quae igitur res, cum advecta Jo in Aegyptum corpore humano restituto filiolum eniteretur, Ἐπαφον Jovem necessario postulavit? Quid? si parturienti adstabat Juppiter 'Contrectator', ut succurreret manu corpori admota partum effecturus? Etenim ferebat antiqua consuetudo, ut imposita ventri manu incitari ac sublevari parturientem volgo homines crederent. Qua de re Soranus medicus ita praecepit Περὶ γυναικείων p. 298 Rose τοὺς δὲ πόνους τὸ μὲν πρῶτον τῇ διὰ θερμῶν τῶν χειρῶν προσασφῆ πραῦναι et p. 241 χερσὶ δὲ τὸν ὄγκον ἐκ πλαγίων ὑπηρέτιδες ἐστῶσαι πρὸς τοὺς κάτω τόπους πρῶτος ἐρεθιζέτωσαν. In quae verba cum forte incidissemus, gaudio exsultavimus tanquam commentariolum ad Aeschyli Semelam Welckeri interpretatione obscuratam adepti.³⁾ Nam scholium Apollon. I 636 (p. 73 N².) θυιάσιν] μαινάσιν. ἔνθεν καὶ τὴν Σεμέλην Θυώνην καλοῦσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἐγκυον αὐτὴν παρῆσιν ἄγει οὐσαν καὶ ἐνθεαζομένην, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας pertinere ad partum ab ancillis ex Sorani praescripto sublevatum adeo est manifestum, ut videre oculis nobis videamur. Itaque quanto opere erraverit Welckerus apparet, qui servarum chorum Ὑδροφόρων ob incensam Semelae domum a poeta in-punctum esse mera coniectura finxit. Quae aquam ad lavandum potius infantem qui nasciturus erat apportabant, quemadmodum (si opus est exemplo) in Plauti Amphitruone ancilla v. 1002 sqq. rettulit:

postquam peperit (Alcumena), pueros lavere iussit nos. occipimus.

set puer ille quem ego lavi, ut magnumst, ut multum valet.

Tale quid item de Herculis partu et Pindarus dixit Nem. I 71 sqq. ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος (ob angues) πλάξε γυναίκα, ὄσαι τύχον Ἀλκμήνας ἀρίγγοισαι λέχει et artifex sculpsit pergamenus in arae anaglyphis Telepheis, cum euntes ad Augam parturientem mulieres repraesentaret (Jahrbuch des d. arch. Instituts 1888 p. 55 sqq.). Manus nonnullae ferreae supersunt ex parientium voto dedicatae, χεῖρες παιώνιαι, de quibus Otto Jahnius in relationibus societatis litterarum saxonicae 1855 tab. IV p. 102 sqq.

se iubebat: cunctantem vi abstracturum . . . iam a vi tuta erat, cum adsertor nihil opus esse multitudine concitata ait; se iure grassari, non vi. vocat puellam in ius' etc.

¹⁾ De hoc nomine falsus est J. Baunackius Studien I p. 69 sq.

²⁾ Nonn. XXXII 70. O. Müller, Proleg. p. 133. 183.

³⁾ Die Aeschyleische Trilogie Prometheus p. 328 sq. Welckero male credulus adsentitur Kausche (Mythologumena Aeschylea Diss. philol. Halenses IX p. 171).

haec exposuit: Diese Monumente stellen sämmtlich eine ausgestreckte rechte Hand theils in der natürlichen Grösse vor; die drei ersten Finger sind ausgestreckt, die beiden letzten eingeschlagen . . . Nun sind aber diese Hände mit verschiedenen Symbolen an verschiedenen Stellen versehen. Allen gemeinsam ist eine grosse Schlange, welche sich vom Handgelenk aus nach den Fingerspitzen zu um die Hand windet. Bei mehreren findet sich unten an der Handwurzel durch ein Kreissegment eingefasst und von den übrigen Attributen dadurch ausgeschieden eine liegende Frau mit einem Kind an der Brust: man hat daraus mit Recht geschlossen, dass diese Hände ein Ex-Voto für eine glückliche Entbindung sind.¹⁾ Doctam Jahnii disputationem, quam ipse adeas, novis auxit monumentis et consummavit Carolus Dilthey (Archaeol. Epigraph. Mittheil. aus Oesterreich II p. 44 sqq.). Itaque quos partui praesesse deos antiqui homines putarent, ab iisdem certum illum tangendi gestum adhiberi existimabant. Disseruerunt de toto hoc loco egregie Welckerus Opusc. III p. 185 sqq. et Marxius collega in relationibus instituti archaeologici quod floret Athenis 1885 S. 189 sqq. Velut Ilithyia in speculo etrusco syllogae Gerhardianae I tab. 66 (Marx. p. 189) Jovis sedentis ventri manu placide immissa facit ut Minerva ex capite divino prosiliat. Copiose Ovidius in Metamorphoseon libro X 503 sqq. Myrrham in arborem conversam hunc in modum enitentem descripsit:

at male conceptus sub robore creverat infans
 quaerebatque viam, qua se genetrice relictā
 exereret: media gravidus tumet arbore venter.
 tendit onus matrem, neque habent sua verba dolores,
 nec Lucina potest parientis voce vocari.
 nimenti tamen est similis curvataque crebros
 dat gemitus arbor lacrimisque cadentibus umet.
 constitit ad ramos mitis Lucina dolentes
 admovitque manus et verba puerpera dixit.
 arbor agit rimas et fissa cortice vivum
 reddit onus vagitque puer.

Priapus invita Junone (quae cum alibi tum apud Argivos est Εἰλεῖθυια)²⁾ nascitur Lampsaci Etym. Magn. p. 2,13:³⁾ μεμαγευμένη τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς καὶ ἐποίησεν αὐτὴν τεκεῖν παῖδα, ὃν Πρήπιον ὀνομασθῆναι ἀσχημον καὶ ἀμορφον κτλ'. Contra 'adsidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis veneficium est, idque compertum tradunt Alcumena Herculem pariente, peius, si circa unum ambove genua; item poplites alternis genibus imponi' Plinius NH XXVIII 17 memoriae prodidit exemplo ex Ovidii Metamorphosibus fortasse desumpto

¹⁾ J. Grimm, Deutsche Mythologie II⁴ p. 986.

²⁾ Preller, Griech. Mythol.⁴ p. 171 sq.

³⁾ Schol. Apollon. I 932. Marx p. 190².

IX 293 sqq., ubi fata sua Alcumena enarrans de partu Herculis haec cum Jola communicavit:

septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
fessa malis tendensque ad caelum bracchia magno
Lucinam Nixosque patres clamore vocabam.
illa quidem venit, sed praecorrupta meumque
quae donare caput Junoni vellet iniquae,
utque meos audit gemitus, subsedit in illa
ante fores ara dextroque a poplite laevum
pressa genu et digitis inter se pectine iunctis
sustinuit partus. tacita quoque carmina voce
dixit, et inceptos tenuerunt carmina partus . . .
(Galanthis) divam residentem vidit in ara
bracchiaque in genibus digitis conexa tenentem
et 'quaecunque es' ait 'dominae gratare: levata est
Argolis Alcmena potiturque puerpera voto.'
exsiluit iunctasque manus pavefacta remisit
diva potens uteri: vinclis levor ipsa remissis.

A Nicandro Ovidius solummodo in nomine 'Galanthidis' differt, quae Γαλινθιάς illi audivit: ἐπεὶ δὲ Ἀλκμήνην ὁ τόκος ἤπειγε τοῦ Ἡρακλέους, Μοῖραι καὶ Εὐλείθυια πρὸς χάριν τῆς Ἥρας κατεῖχον ἐν ταῖς ὤδισι τὴν Ἀλκμήνην· καὶ αὐταὶ μὲν ἐκαθέζοντο κρατοῦσαι τὰς ἐαυτῶν χεῖρας . . . perterritae deinde a Galinthiade ἀνήκαν εὐθὺς τὰς χεῖρας, Ἀλκμήνην δὲ κατέλιπον εὐθὺς αἱ ὤδινες, καὶ ἐγένετο Ἡρακλῆς (Antonius Liberalis 29 p. 227 West.). Denique ex Istro Callimacheo scholia Townleyana ad Iliadis T 119 de Alcumena haec servarunt: Ἴστρος δὲ φησὶν ὠδινούσης Ἀλκμήνης τὰς χεῖρας συσχεῖν τὰς Μοῖρας, γαλῆς δὲ παρελθούσης ἀναλῦσαι· καὶ τεχθέντος αὐτοῦ (Herculis) νομισθῆναι Γαλῆν εἶναι αὐτῷ τροφόν¹). Diximus de his nominibus propriis in Herma 1888 p. 614. Porro felicissime Marcius in mutilo quodam marmore spartano mulierem agnovit parturientem opem ferentibus dis Nixis, altero omen arcente, altero muliebri corpus sinistra tangente, quem Ἐπαφον iure dixeris sive Ὀρσιλογον i. e. 'eum qui τὸ λοχεύειν incitat', ut est Iphigenia Ὀρσιλόχεια; possis etiam Ἠπιον-Ἄπιν vocare, quoniam miti motu ut Lucina Ovidiana opitulatur. Pellucet vel apud Aeschylum pristina Jovis Ἐπάφου natura medica v. 1034 sqq. cantante choro (Ζεὺς) Ἴὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὐ χειρὶ παιωνία, καταστροφᾶν εὐμενεὶ βία κτίσας. Quid? quod cognomine Παιῶνος Rhodi in argiva colonia Juppiter erat 'Medicus' (Hesych. s. v. Παιῶν)? Atheniensibus oraculum delphicum praecepit περὶ ὑγείας θύειν καὶ εὐχεσθαι Διὶ Ὑπάτῳ Ἡρακλεὶ Ἀπόλλωνι Προστατηρῶ (Demosth. XXI p. 667 S.). Juppiter Ἀπί-

¹) Cf. J. Grimm I. I. II⁴ p. 984 III⁴ p. 345. — Respicit ad hanc de Herculis ortu fabulam (Moschus) IV 84—87.

μιος (δῶτωρ ἀπημονίης Callim. Hymn. I 92) in Parnethe colebatur. Ἐξακεστήριος Ἀλεξί-
κακος Παισιλυπος locis a Bruchmanno in libello 'De Apolline et graeca Minerva deis
medicis' utiliter compilato p. 3 et 25 allatis innotuit. Itaque filium peperisse Jonem
Jove Ἐπάφῳ praesente genuina fabula ferebat me iudice, ut Aeglam et Creusam
iuvante Apolline. De Aegla enim Isyllus in hymno p. 13 Wil. σέβομαι σε· ἐν δὲ
θυώδει τεμένει τέκετο Ἴνιν (Aescularium) Αἴγλα, γονίμαν δ' ἔλυσεν ὠδίνα Διὸς παῖς (Apollo)
μετὰ Μοιρᾶν Λάχεσός τε μαῖα ἀγαυά, Creusam Minerva in Euripidis Jone v. 1595 K.
ita affatur:

καλῶς δ' Ἀπόλλων πάντ' ἔπραξε· πρῶτα μὲν
ἄνοσον λοχεύει σ', ὥστε μὴ γνῶναι φίλους:

notus Apollo Παιτῶν Ἀχέσιος Ὑγιότης Οὐλιος Ἰατρός Προστατήριος Ἐπικούριος Σωτήρ
(Bruchmann pg. 56 sqq.)¹⁾. — Simile est, quod Apollo ex mortua Coronide Aescu-
larium infantem 'protraxit': παιδ' ἐκ νεκροῦ ἤρπασε Pindar. Pyth. III 76^a). — Finxit idem
de Jove et Alcumena, quamvis genuinam fabulam supra p. X expositam inverteret,
irrisor ille Euripidis, qui Plauto 'Amphitruonis' a se novatam suppeditavit materiam.²⁾
Ibi Juppiter pollicetur 876 sqq. se parienti Alcumenae affuturum:

post igitur demum faciam, ut res fiat palam,
atque Alcumenae in tempore auxilium feram
faciamque, ut uno fetu et quod gravidast viro
et me quod gravidast pariat sine doloribus.

Omnia dehinc ita gesta esse bis Bromia ancilla et spectatoribus et Amphitruoni
enarravit: quae adscribenda ducimus, siquidem ad Bacchi fabulam, vel Semelam potius
Aeschyleam de qua diximus superius p. X, cavillandam nobis composita videntur:⁴⁾

¹⁾ Ad eiusmodi exemplorum similitudinem (quae vel Wilamowitzium fugisse videtur Isyll. p. 194,
fugit certe Sieboldium 'Versuch einer Geschichte der Geburtshülfe' I p. 25) Nonnus XLI simul cum Themide
Mercurium Veneri Beroeam parienti subvenisse tanquam 'Lucinum' deum finxit. Cf. p. XVI sq. Quod contra
Welckerum monemus de Nonalana historiola ceteroquin verissime iudicantem Opusc. III p. 197. Versus apponimus:

εἰς Βερόης ὠδίνα μογοστόκος ἤλυθεν Ἑρμῆς
καὶ Θέμις Εἰλαίθνια . . .
καὶ τόκον ἀρτιλόχευτον ἀπέπτυσθ' ἠγλεί κόλπῳ
ἄρσενά μαῖαν ἔχουσα δικασπόλον υἱέα Μαιης.

Mercurius Πολύγιος, i. e. sanitate pollens, apud Trozenios, Ἀκακήσιος apud Arcades et Tanagraeos colebatur:
Bruchmann p. 4. — Delus insula, cum errantem Letonem ad se vocasset, cantantibus et cygnis et Nymphis
delliis, Ilithyiae quae adest in hymno Homericō I 115 vice fungitur in Callimachi carmine IV 325 sq.
palmari coniectura a Wilamowitzio correcto:

ἰστίη δ' νήσων εὐέστυς, χάρει μὲν αὐτῆ,
χαίροι δ' Ἀπόλλων τε καὶ ἦν ἐλοχεύσασο Λητώ.

Aliter Apollodorus I 41: . . εἰς Δῆλον ἐλθοῦσα γεννᾷ πρῶτον Ἄρταμιν, ὅφ' ἦς μαιωδαῖσα ὕστερον Ἀπόλλωνα
ἐγέννησεν. — Pindarus Isthm. VII 5 Thebam dicit ἀνατελεῖν Διόνυσον, quod h. l. est procreasse.

²⁾ Ex 'Hesiodo': Wilamowitz, Isyll. p. 70 sqq.

³⁾ Ussing Plautus I p. 228 sqq., Engelmann l. l., Wilamowitz Eurip. Herakles II p. 242.

⁴⁾ Defuisse tale quid in Euripidis Alcumena Engelmannus comprobavit.

ita erae meae hodie contigit: nam ubi partuis deos sibi invocat,
 strepitus crepitus sonitus tonitrus: subito ut propere, ut valide tonuit.
 ubi quisque institerat, concidit crepitu: ibi nescio quis maxuma
 voce exclamat: 'Alcumena, adest auxilium, ne time;
 et tibi et tuis propitius caeli cultor advenit' . . .
 atque illam geminos filios pueros peperisse conspicio:
 neque nostrum quisquam sensimus, quom peperit, nec providimus (1060—1071).
 postquam parturire hodie uxor occepit tua,
 ubi utero exorti dolores, ut solent puerperae:
 invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,
 manibus puris, capite operto. Ibi continuo contonat
 sonitu maxumo. Aedes primo ruere rebamur tuas.
 aedes totae confulgebant tuae, quasi essent aureae¹⁾ . . .
 neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus:
 ita profecto sine dolore peperit . . .

AM. nimia, mira memoras: si istaec vera sunt, divinitus
 non metuo meae quin uxori latae suppetiae sient (1091—1106). —

Jam hymni in Mercurium 'Homerici' versum 12 omni coniecturarum genere pessum-
 datum tandem ab effrenata criticorum audacia vindicabimus²⁾. Maiam igitur in antro
 Cyllenae montis Juppiter compresserat.

10. ἀλλ' ὅτε δὴ μέγαλοιο Διὸς νόος ἐξετελείτο
 (τῇ δ' ἤδη δέκατος μείζ οὐρανῷ ἐστήρικτο),
 ἔς τε φῶς ἀγαγεν, ἀρίστημά τε ἔργα τέτυκτο.
 13. καὶ τότε ἐγένετο παῖδα πολύτροπον αἰμυλομήτην . . .
 20. ὃς καὶ ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων
 οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Quid ἔς τε φῶς ἀγαγεν 'protraxit in lucem' sibi vellet, ne ex Iliadis quidem T 115 sqq. (quem
 locum hymnographus imitatus esse videtur) discere interpretes voluerunt. Ubi de Junone
 haec leguntur:

καρπαλίμως δ' ἔκετ' Ἄργος Ἀχαιϊκόν, ἐνθ' ἄρα ἴδει
 ἰφθίμην ἄλοχον Σιδνεέλου Περσηιάδαο
 (ἡ δὲ κύει φίλον υἷόν, ὃ δ' ἑβδομος ἐστήκει μείζ),
 ἐκ δ' ἀγαγε πρὸ φῶσδε³⁾ καὶ ἡλιτόμηνον ἐόντα,
 Ἄλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' Ἐίλειθυίας.

1) Retinuit hoc Theocritus in Heraclisco 21 sq.:

καὶ τότε ἄρ' ἐξήγγοντο, Διὸς νοέοντος ἅπαντα,
 Ἄλκμήνας φίλα τέκνα, φῶς δ' ἀνά οἶκον ἐτύχθη . . .
 οἱ δὲ τε τοῖχοι

πάντες ἀριφραδέες καθαρὰς ἅπαν ἡριγενείας.

2) Enumeravit priorum opiniones Gemollius in editione Hymnorum p. 195 sq. tulitque sententiam
 omnium fortasse perversissimam.

3) Hinc obstetrix ἀναγέτρια (ἀναγέστρια male Elmsleyus Eur. Med. v. 156) vel ἀγέτρια dicta a Taren-

Item Minervam 'trahentem' ex Jovis femore Bacchum videmus in bulla quadam etrusca quam nuper tractavit Heydemannus (Dionysos Geburt Halle 1885 p. 15) ¹⁾. Est igitur qui Maia pariente praesens ex corpore materno producit infantem deorum summus Juppiter. ²⁾ Ipsa 'Maia' deam obstetricem sese esse non aliter quam Auga Tegeatarum Lucina nomine prodidit ³⁾. Quid? quod vel 'Αργεΐ-φόντης filius Maiiae Τηλέ-φω (Τηλε-φόντη) Augae prognato respondet accurate? Sed in hunc difficillimum quaerendi campum nunc descendere non possumus. — Vel Semelam Juppiter λοχεύσαι, ut moreretur tamen, ab Euripide dicitur Bacch. 1 sqq.

ἦκω Διὸς παῖς τίγνδε Θηβαίων χθόνα
Διώνυσος, ὃν τίκτει ποδ' ἢ Κάδμου κόρη
Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί ⁴⁾

ubi fulmen Jovis signum est, ⁵⁾ velut tridens Neptunum Solem gallus in Aeschylī Supplicibus v. 205 sqq. subindicant. Solent enim numinibus etiam medicis propria quaedam symbola substitui. ⁶⁾ Exemplum promimus ab Aesculapio epidaurio Collitz. GDI 3340 l. 61 sqq.: 'Ανδρομάχα ἐξ 'Απειρο[υ] π[ερ]ί πα[ί]δων. αὐτὰ ἐγκαθεύδουσα ἐνύπνιον εἶδεν· ἐδόκει αὐτᾶ τὸ ἔσθος ὁ θεὸς ἀγκαλύψαι, μετὰ δὲ τοῦτο τὸν θεὸν ἀψασθαί οὐ τᾶ[ς] γαστρός· ἐκ τούτου τᾶ 'Ανδρομάχα υ[π]ὸς ἐξ 'Αρύββα ἐγένετο. At vice dei anguis fungitur ib. l. 117 sqq.: δα ἐκ Κέου. αὐτὰ περὶ παίδων ἐγκαθεύδ[ουσα ἐνύπνιον εἶδε· ἐδό]κει οἱ ἐν τῷ ὕπνῳ δράκων ἐπὶ τᾶς γασ[τρός] ἐλθεῖν· καὶ ἐκ τούτου] παῖδές οἱ ἐγένοντο πέντε.

tinis; Hesych. s. v. ἀναγέτρια. ἢ ταῖς τικτούσαις ὑπηρετοῦσα γυνή παρὰ Ταραντίνους οὕτω λεγομένη, ἣν 'Αττικοὶ 'μαῖαν' καλοῦσιν et s. v. ἀγέτρια .μαῖα. Ταραντῖνοι. Samii ἐπωστρίδες dixisse videntur, modo mutilatam Hesychii glossam recte suppleverimus s. v. ἐπωστρίδες. αἱ κατὰ Σάμιον (ῥητικτούσαις) ταῖς γυναῖξί τὴν δεξιάν χεῖρα ἐπέχουσαι κατὰ τὴν ὄσφιν. Lucem haec lexicographi explicatio ex iis accipit, quae supra disputavimus. Recentioribus ineptire praeplacuit. Legimus ex. gr. apud Passovium s. v. 'die mit untergelegter Hand beim Einsteigen Nachschiebenden oder Nachhelfenden.' Nobis hos locos Hesychianos ex doctrinae penu obtulit Guilelmus Schulze. Idem μαῖαν 'obstetricem' et μαῖαν 'matrem' (de qua Ahrensius iudicavit recte Dial. II p. 567) seiungendas ratus illud ad radicem μας, quae apparet in ἐπιμαίωμαι (tangere), revocat, ut conspiret cum ἐπάφω. Denique admonemus Etymologici Magni p. 574, 298 s. v. Μαίας. ὁ Ἐρμῆς· παρὰ τὸ μαῖασθαι τὸν λόγον. Missa allegoria dici videtur Mercurius 'obstitor', quod cum iis congruit quae p. XVI proposuimus. Eubuli comici 'Semela' fr. 96 II p. 197 K. vix lexicographi fons fuerit.

¹⁾ Cf. praeterea Marx p. 187. Ploss 'Das Weib' p. 200.

²⁾ Cf. Alcaei in Mercurium hymni fr. 6 Bergk. Scheffler 'De Mercurio puero' Regim. 1884 p. 7. Ceterum Rheam Nymphae arcadicae ἐμαιώσαντο Callim. Hymn. I 35.

³⁾ Juppiter 'Maia' (Macrobius I 12, 17. Preller-Jordan 'Roem. Mythol.' I p. 206. 270) Tusculi cultus cum Maia comparandus est, ut Juppiter Lucetius cum Junone Lucina.

⁴⁾ Cf. v. 288 sqq.:
ἐπεὶ νιν ἤρπασ' ἐκ πυρός κεραυνίου
Ζεὺς, ἐς δ' Ὀλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἦρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ.

⁵⁾ Ita etiam Nonn. VIII 396 sqq.:

καὶ στεροπὴ πέλα μαῖα καὶ Εὐλειθια κεραυνοί·
κόλπου δ' αἰθομένῳ διαδρῶσκοντα τικτούσης
Βάκχον ἐπουρανὴ μαῖώσατο φειδομένη φλόξ. . .

Apollodorus III 4, 3 Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης ἐξαμνηστὸν βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τοῦ πυρός ἀρπάσας ἀνέρραψε (Juppiter) τῷ μηρῷ. Ovidius Metam. III 310 sqq.

⁶⁾ Noti canes Aesculapii ex titulis Epidauri nuper repertis, nota Veneris (quae Ἰατρίνη est CIA III 1, 136) columba ex Aeliano VH 12,1, alia.

Accedit quod ut Jo Eraphum ita Semela Ἐπάφιον ex Jove, ipso Jove intercedente, enixa est. Ἐπάφιον enim Bacchum indigitabant Orphici:

ῥηξίχθων, πυριφεγγές, Ἐπάφιε, κοῦρε διμήτορ (Hymn. 52).

παυσίπονον θνητοῖσι φανείς ἄκος, ἱερὸν ἄνθος,

χάρμα βροτοῖς, φιλάλυπε, Ἐπάφιε, καλλιέθειρε (Hymn. 50).

Incredulus p. 314 Hermannus 'accidit' inquit 'in hoc nomine ut interpretatio pro genuino vocabulo in textum reciperetur. Scripserat poeta ἔφαπτορ' et Supplices Aeschyleas comparat. Nos in his praesertim litteris illud quarti pedis vitium tolerare malumus, sed de explicanda voce dissentiri posse fatemur. 'In his versibus Bacchus per id ipsum, quod ἐπάφιος est fit παυσίλυπος et φιλάπυπος' adnotavit olim Gesnerus p. 476 H. Et Bacchum novimus Ὑγιάτην Ἰατρόν Παιώνιον¹⁾. Itaque dictum putat Ἐπαφον iuxta Ἐπάφιον ut Παιῶνα iuxta Παιώνιον non inversa vocis appellativae sententia. Posset tamen Ἐπάφιος ab Ἐπαφος ita discerni, ut illud revera adiectivum sit, quemadmodum Apollo Ἰασόνιος apud Cyzicenos (schol. Apoll. I 966), vel patronymicum potius adiectivum, ut Ἀχιλλεῖος παῖς Ἡράκλειοι παῖδες²⁾ Δῖος πόρτις 'τὴν Εὐρυτεῖαν οἶσθα δῆτα παρθένον' Soph. Trachin. 1219 alia multa, et est Bacchus non modo Eraphi Jovis filius, sed ejusdem praesidio moriente matre lucem adspexit. Favet huic explicationi, quod vocativus Ἐπάφιε quattuor brevibus insignis multo etiam magis quam Ἐπαφε dactylico metro repugnat, ut deserturi Orphici poetae commodiorem versui formam nisi coacti quadam necessitate non fuisse debeant censi. Metricam difficultatem bene Nonnus evitavit III 287 sqq.:

Λιβύης δ' ἐπὶ παστὸν ὀδεύων

Μέμφιδος ἄχρῖς ἴκανε Ποσειδάων μετανάστῃς

παρθένον ἰχνεύων Ἐπαφηίδα κτλ.'

Respondet forma Ἐπαφηῖς masculino Ἐπαφεύς ex analogia compositorum qualia sunt ἡνιοχεύς et ἡνίοχος συγγραφεύς et σύγγραφος novato³⁾, quod ipsum et substantivum et adiectivum esse potest: conferas Homericā ἀνήρ βασιλεύς, βασιλεύτερος, τιμὴ βασιληῖς (Z 193), κόρη Βρισηῖς iuxta κόρη Βρισηῖος⁴⁾. — Transimus ad Mercurium κουροτρόφον, qui nascentem Bacchum moriente Semela Jovis loco interdum secundum litterarum artis-que monumenta excipit. Obstetricem vel potius obstitorem agit in anaglypho vaticano novissime ab Heydemanno p. 15 descripto Nymphis adstantibus nysaeis et confirmat Apollonii narrationem IV 1136 sqq., qui Macridem ait nutriendo Baccho se dedisse, εὐτέ μιν Ἐρμείας φέρειν ἐκ πυρός statim occisa matre: quod iure mireris. Habet eandem fabulae formam Hyginus Fab. 179 p. 35 Schm.: 'ex utero eius (Semelae) Liber est natus, quem Mercurius ab igne ereptum Nyso dedit educandum'. Idem iam sexto a. Chr. saeculo solii amyclaei anaglypho expressum fuisse, quamvis obloquatur Heyde-

¹⁾ Bruchmann p. 3. Hesych. s. v. Παιώνιος.

²⁾ Wilamowitz, Eur. Herakles II 60 ad v. 39.

³⁾ Cf. Bechtel, GGN 1890 p. 33.

⁴⁾ Wilamowitz, Homer. Unters. p. 410 sqq.

mannus p. 5, testari tamen Pausanias perget III 18,11: Διόνυσον δὲ καὶ Ἡρακλέα, τὸν μὲν παῖδα ἔτι (ὄντα) ἐς οὐρανὸν ἔστιν Ἑρμῆς φέρων, Ἀθηνᾶ δὲ ἄγουσα Ἡρακλέα συνοικίσοντα ἀπὸ τούτου θεοῖς. Ergo vel Nonno fides adiungitur VIII 405 sq. (supra p. XV⁶⁾):

καὶ βρέφος ἡμιτέλειστον ἐφ' γενετῆρι λοχεῦσαι
οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον ὄπασεν Ἑρμῆς.¹⁾

Finem facimus in nonnullis Hesychii glossis explanandis. Ac primum quidem disputabimus de voce ἰατροῖ] Νύμφαι τινὲς καλοῦνται (. . .)²⁾ καὶ περὶ Ἡλείαν (ἡλείαν codex: corr. Meineke) θεραπείδες (θεράποντες codex³⁾) et ἰατρός] θεραπευτίς· ἢ ἐφαπτ (ρ' ἰς· ἢ ἦρωσ Ἀθηνῆσιν ἀρχαῖος⁴⁾)· καὶ ὁ Ἀπόλλων. De Apolline 'Medico' — ἡπιόχειρ est APIX 525,8 in carmine Orphico — satis p. XIII monuimus. Eleorum autem Nymphas Ἰατρούς et Ἰωνίδας⁵⁾ Pisatarum rectissime consociavit Meinekius.⁶⁾ Addimus Παιωνίδας Orphicorum Hymn. LI 51. Has Nymphas exemplo inlustrabimus ex Juliani oratione septima (I p. 285 Mertl.) deprompto: ὠδίνων ὁ Ζεὺς (Bacchum parturiens) ἐπὶ τὰς Νύμφας ἔρχεται· τὸ ἕθνη ῥάμμα' δὲ αὐτὰι τῆ μῆρῃ προσεπέδουσαι τὸν Διθύραμβον ἡμῖν εἰς φῶς προίγγαγον. Fortasse Boeotiae illae fuerunt Lami fluvii filiae suadente Nonno XLVII 678.⁷⁾ Delum Nympham Latonae adiutricem produximus p. XIII¹⁾. Rheae Jovem enitenti Nymphae arcadicae aderant levaturae Callimacho auctore Hymn. in Jovem 33 sqq.:

Νέδη δὲ σε δῶκε κομίσσαι

κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, ἵνα κρύφα παιδεύοιο,
πρῆστυτάτῃ Νυμφέων (αἶ μιν τότε μαιώσαντο
πρωτόστῃ γενεῇ) μετὰ γε Στόγα τε Φιλύρην τε.

Nec deerat hoc Nympharum genus Atheniensibus. Etenim apud Euripidem Electrae v. 625 sqq. Senex et Orestes hunc in modum de Aegistho sermocinantur:⁸⁾

Πρ. Νύμφαις ἐπόρουν' ἔροτιν, ὡς ἔδοξέ μοι.

Ορ. τροφεία παιδῶν ἢ πρὸ μέλλοντος τόκου;

Πρ. οὐκ οἶδα πλὴν ἓν· βουθυτεῖν ὠπλίζετο.

Tantum de Nymphis.

Gravissimum est quod ἰατρός per ἐφαπτ(ρ)ἰς⁹⁾ 'contrectatrix' 'obstetrix' expli-

¹⁾ Juliani Or. VII 220 contulit Heydemannus p. 12*.

²⁾ Lacunam nos signavimus.

³⁾ Cf. Hesych. s. v. θεραπείς]θεραπεύουσα.

⁴⁾ Heroem Medicum attulit lexicographus Seguerianus V Bekkeri (Anecd. I p. 262 et 263) et Marathonium et Eleusinium. Cf. Naber Photium s. v. ἦρωσ ἰατρός et ada. editoris.

⁵⁾ Cf. Wilamowitz Herakles I p. 261.

⁶⁾ Philol. XII p. 603. Ceteroquin male Meinekio in hoc articulo cessit emendatio. ἰατροῖ in ἰατρίαι non debebat mutare conlato Eustathio p. 859, 52 φησὶ γοῦν Ἄλλιος Διονόσιος (fr. 207 Schwabe) ἰατρὸν γυναῖκα, Ἄλλεξ δὲ (fr. 318 K.) ἰατρίαν· ἢ δὲ ἰατρίνη οὐχ Ἑλληνικόν.

⁷⁾ Frustra hunc rivulum (Paus. IX 31,7) Helicone decurrentem tollere coniectura Bursianus conatus est Griech. Geogr. I p. 233⁸⁾.

⁸⁾ Non recte haec intellexit Stengel, Griech. Sakralalterthümer (Handbuch d. klass. Alt. V 3 p. 75).

⁹⁾ De tallum femininorum ratione et forma copiose disseruit Lobeck ad Phrynichum p. 255 sq. ἐπωστρίς (*ἐπόστρω) p. XV tractavimus.

catur. Nam ita verissime suppletum a nobis esse fidem idem facit Hesychius s. v. *μαῖα*] 1) πατρός και μητρός μήτηρ 2) και τροφός 3) και περι τὰς τικτούσας ἰατρὸς (ἦ) και ὀμφαλοτόμος, 4) και προσφώνησις τιμητικὴ ἀντι τοῦ ὄ τροφέ'. Pro Nauckii coniectura ἦ ex και efficientis (Aristoph. Byz. p. 158) nostrum supplementum non modo a simplicitate commendatur, sed excerpto quodam ex Aristophaneis Λέξεσιν Eustathiano (LX p. 139 N.) asseritur¹⁾: περι δέ γε 'τίθης' και 'μάμμη' και οὕτω φασί τινες 'τίθην' οἱ Ἕλληνες τὴν πατρός ἢ μητρός μητέρα, οἱ δὲ πολλοὶ ἀκύρωσ 'μάμμη' και 'μαῖαν'. 'μάμμη' γὰρ Ἀττικοὶ και 'μαμμαῖαν' τὴν μητέρα καλοῦσιν, ἦν δὲ οἱ πολλοὶ 'τίθην' τηθίδα, 'μαῖαν' δὲ ὡς ἡμεῖς τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον. Illud animadvertere Nauckius noluit, Hesychii articulum ex Aristophanis grammatici Προσφωνήσεων sylloga fluxisse. Itaque aliud Eustathii fragmentum Aristophaneum (XIII p. 131 N.) appositis numeris, quo facilius verum perspiciatur, comparabimus: ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης γράφας, ὡς εἰσὶ προσφωνήσεις διάφοροι παιγνιωδέστεραί τινες και ὑποκοριστικά, ἐπάγει οἶον 'ἄππα' 'πάππα' κτλ. οὕτω δέ, φησί, και 'πατέρας' μὲν διαρρήδην τοὺς πρεσβυτέρους καλοῦσιν, κἄν ὡσιν ἀλλότριαι, 'μητέρας' δὲ τὰς πρεσβυτέρας, τὴν ἡλικίαν εἰκάζοντες, τὰς δὲ ἔτι πρεσβυτέρας 'μαῖας' και 'τίθας' (1). οὕτω δὲ και τὰς ταῖς ὠδινούσας παρεστῶσας πρὸς θεραπείαν 'μαῖας' καλοῦσιν, εἰ και νεώτεραι εἶεν και μὴ πρεσβυτίδες και διὰ τοῦτο πολύπειροι (3). ἐξ ἐναντίου δέ, φησὶν, οἱ πρεσβύτεροι τοὺς νεωτέρους 'παιδας' και 'τέκνα' καλοῦσιν. και Ὅμηρος δέ, φησί, τοιαύτας προσφωνήσεσιν ἀποθεραπέυων τὴν ἡλικίαν 'μαῖαν' τὴν πρεσβυτιν λέγει (4) και τὸν πρεσβυτὴν 'πατέρα'. Quodsi numeri 1. 3. 4 Hesychiani in excerpto Aristophaneo inveniuntur, non recte Nauckium quae apud Eustathium inspersa sunt de *μαῖα* nomine τὰς ταῖς ὠδινούσας παρεστῶσας significante ad posteriorem fabricam detrusisse apparet. De ratione fragmenti adeatur ex. gr. Βλασφημιῶν fr. XXI N. Aristophani igitur pretiosam de *μαῖα* (et ἰατρὸς?) notulam Hesychianam referri acceptam in propatulo est.

2. In Hesychio s. v. *εὐφαπτόν*] ὑπὸ θεοῦ κατεχόμενον obstante litterarum ordine lemma non mutandum est in *ἐφαπτόν*²⁾ sed ex diversa serioris aevi pronuntiatione explicandum. Admonuit nos in tempore epigrammatis ephebicis 956 Kaibeliani Athenis inventi Guilelmus Schulze:

εἰκόνα τίνδε Ποθεινὸς ἐν εὐφήβοισι παλαίστρα

τεύξας κοσμητοῦ θήκατο Νυμφοδότου.

De forma *εὐφήβοισι* eruditissimus editor 'illius aetatis' inquit 'homines cum u vocalem non aliter pronuntiarent ac φ consonantem, nihil nisi consonantis duplicationem ab arsi excusatam scriptor commisit'. Demonstrat obliquus adiectivi verbalis casus lemmati lexicographi certum scriptoris cuiusdam locum subesse. De poeta ob productam primam syllabam vix recte cogitaveris.

¹⁾ Fragmentum vix ad Συγγενικάς λέξεις, quemadmodum voluit Nauckius, sed ad Προσφωνήσεις pertinere videtur.

²⁾ εὐφαπτον coniecit Valckenarius.

3. Hesych. s. v. ἐφαπτός] ¹⁾ ὑπὸ θεοῦ κεχαρισμένος: scribimus κεχειρισμένος 'manu curatus' et cum alia multa supra memorata tum Julianum imperatorem oblivione paene obliteratum conferimus ita Jamblichum philosophum in Epistulis (II p. 524 Hertl.) adfantem: οὐ δ' ὡσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τεχνεὶς τὴν Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν ἅπαντα ἐπέρχῃ λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ νεύματι.

4. Summi aestimanda glossa est Hesychii s. v. Χειρογονία] ἢ Περσεφόνη. 'An quod manuum labore nascuntur fruges' male interrogavit Isaacus Vossius apud Henricum Stephanum s. v. Multo etiam peius obstruxit cum sibi tum Plewio in Prelleri Myth. gr. I³ p. 641² veri cognitionem M. Schmidtus Philol. XIII p. 220, cum Χειρογονίαν depravatam esse ex Ἀχειρῶ (= *Ἀχειρογένεια) Cereris simili opinaretur: de qua Hesychium s. v. Ἀχειρῶ . . καὶ Γῆ καὶ Δημήτηρ ἢ αὐτὴ conferri iussit. Missis nugis novam viam ingrediendam esse existimantes ad compositorum qualia sunt χειρουργός χειρῶμαντις Ἰφιγόνη analogiam alium significare vocem Χειρογόνος negamus nisi eum 'qui ut infans nascatur manu efficit'. Cuius filia recte 'Χειρογονία' appellaretur, ut Jovis Ἐπάφου filius Bacchus Ἐπάφιος. Itaque hoc nomen Χειρογόνος Jovi 'Contrectatori' reddendum credimus et Iphigeniam Ὀρσιλοχίαν comparamus, Orsilochi i. e. uteri incitatoris filiam, Jovis ut putamus 'Agamemnonis' (Antonin. Lib. 27).²⁾ Ipsa Iphigenia Ὀρσιλόχη in capitum Antonini indiculo dicitur p. 201 Westerm., Diana apud Ammianum XXII 8,34: nisi forte Ὀρσιλοχία et Ὀρσιλόχη, Χειρογονία et Χειρογόνη nullo intercedente discrimine promiscue dicuntur. Sorani praeceptum, quo omnia haec egregie explanantur, p. X adscripsimus. —

Ceterum illum tangendi gestum salutarem ad omne sanandi genus spectasse fidem multa testimonia faciunt. Scripsit Solo in elegia fr. 13 officiorum genera recensens haec de medicis v. 57—62:

ἄλλοι Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες
 ἰητροί· καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος·
 πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
 οὐκ ἂν τις λύσαιτ' ἤπια φάρμακα δούς.
 τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κακούμενον ἀργαλέαις τε
 ἀψάμενος χειροῖν αἶψα τίθεισ' ὑγιή.

M. Julium Apellam Aesculapius Epidaurius multis morbis aegrotantem cum aliis modis tum tangendo curavit: qua de re lapis in templo ab ipso Apella conlocatus haec continet (p. 117 Isylli Wilamowitziani): ἤφατο δὲ μου καὶ τῆς δεξιᾶς χειρὸς καὶ τοῦ

¹⁾ 'Ἐφαπτός an θεφαπτός?' adnotavit M. Schmidtus.

²⁾ Aptissime igitur Ἐδωθίνος epitheto Juppiter a Nonno XLVIII 975 ornatur, non modo quod feliciter Bacchum et Minervam peperit (XXVII 60 I 5), sed quia parturientibus opitulatur non aliter quam Diana Σοωθίνα-Ἐδλοχος. Πλοῦτοιο τιθήνας Σάρδιας Ἐδωθίνας est XIII 467, Ἐδωθίνος Ἀφίθνης XIII 187 loco ad res et atticās et cuboicas admodum memorabillī: velut inter Erechthei commilitones 'atticos' Siphnus introducitur insulae eponymus, Sunii filius (Steph. s. v. Σίφνος). Haec enim inter se conectenda sunt, quamquam iungere noluit Koehler (Dionysiaka des Nonnos p. 36.)

μαστοῦ. τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐπιθύοντός μου φλόξ ἀναδραμοῦσα ἐπέφλευσε τὴν χεῖρα, ὡς καὶ φλυκταίνας ἐξανθήσασαι· μετ' ὀλίγον δὲ ὑγιῆς ἡ χεὶρ ἐγένετο. Maritus quidam uxorem ingenti maerore deplorans in hos versiculos prorumpit EG 562 Kaibel:

οὐ γὰρ ἀμειλίκτους κραδίης ὀδύνας ἀπέοιτο
ἀθάνατος, παλάμη κρατ' ἐπαφησάμενος.

Hygieam ἠπιόχειρα ab Orphicis dictam legimus Hymn. 23,7 et 29,28;¹⁾ 'χείρας θεῶν' solemnī nomine salubria quaedam remedia vel a medicis dicta ex Plutarcho Quaest. symp. IV 1, 3, 15 et Galeno XII p. 966 K. cognoscimus a Diltheyo p. 51 citatis²⁾. Χείρων medicus divinus.

Item in Novo Testamento τὸ ἀψασθαι (κρατῆσαι ἐπιλαβέσθαι) χεῖρι χειρός (ὀφθαλμῶν), χείρας ἐπιθεῖναι, πιάσαι χειρός sim. efficiendae sanitati atque adeo vitae reducendae saepissime prosunt. Unum adscripsisse sufficiat: De surdo et tardiloquo a Christo sanato ita Marcus VII 32: καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν καὶ μογιᾶλον καὶ παρακαλοῦσιν αὐτόν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν ἐβαλεν τοὺς δακτύλους εἰς τὰ ὕδα αὐτοῦ καὶ πτύσας ἤψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστέναξεν καὶ λέγει αὐτῷ 'ἐφφαθα', ὃ ἐστὶ διανοίχθητι. καὶ ἠνοίγησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί, καὶ εὐθὺς ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ καὶ ἐλάλει ὀρθῶς³⁾). Rigvedae locum II 33, 7, ubi Rudrae dei indicī 'propitia manus quae mite remedium est' requiritur, per Zimmeri collegae officiosam amicitiam cognovimus. Manifestum est de sanitatis symbolo agi apud diversos antiquos populos pervulgato. Idem nec medii aevi homines et ne nostrates quidem usu quottidiano sustulerunt scatentque libri de superstitione scripti omnigenus exemplis⁴⁾. Velut ex Norwegia hoc attulit Liebrecht 'Zur Volkskunde' p. 321: 'Ein alter Soldat, der wahrscheinlich manchen Feind im Kriege getötet hatte, wurde oft . . . darum angegangen mit seiner Hand Gewächse und ähnliche Körpereschäden zu berühren; denn einer solchen Hand wird die nämliche Heilkraft zugeschrieben, wie dem Mordgeräth, womit Menschen erschlagen wurden'. ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται! Denique hic gestus etiam benedictis est ut in Novo Testamento sic apud Theocritum in Heraclisco XXIV v. 6 sqq.

1) Phaedimus AP VI 271 de Diana πρηεῖα λεχοῖ δισσᾶς ὑπερέσχεος χείρας ἄτερ τόξου πότνια λισσομένη, de Hercule (quem Ἀλεξίκακον Σωτήρα Ὑγιάνην esse constat Bruchmann p. 1. 3) alius poeta nescio quis apud Kaibelium in epigrammate aldobrandinio dicit:

ἦπιος εὐμενέων τε πέλοις, ἐπειτὴ νυ μοι αἰεὶ
εὐχομένῳ τε πάρει χεῖρά θ' ὑπαρθεὺν ἔχεις.

2) Cf. J. Grimm, l. I. III⁴ p. 349 sq.

3) Trahendus huc erit Pindarus Nem. X 170 de Castore per Jovem in vitam revocato his exponens: ἀνά δ' ἔλυσεν μὲν ὀφθαλμὸν, ἐπειτα δὲ φωνάν χαλκομίτρα Κάστορος. Oculum igitur et vocem resolvit ex mortis torpore. Quod quomodo factum esse censuerit Pindarus, titulus epidaurius ostendit 3339 p. 155 Coll. Ἀλκίτας Ἀλικός. οὗτος τυφλὸς εἶν ἐνόησιον εἶδεν. εἰδοῦσι ὁ θεὸς ποταλθῶν τοῖς δακτύλοις διάγειν τὰ ὄμματα, καὶ ἰθεὶν τὰ δένδρη ὁρατὸν τὰ ἐν τῷ ἰαφῷ. ἀμέρας δὲ γενομένης ὑγιῆς ἐξῆλθεν.

4) Cf. Welckeri 'De incubatione' commentationem Opusc. III p. 156. 112. Ploss 'Das Welb' ed. II p. 190.

ἀπτομένα δὲ γυνὰ (Alcumena) κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων·
 'εὔδεται' ἐμὰ βρέφρα γλυκερὸν καὶ ἐγέροιμον ὕπνον·
 εὔδεται' ἐμὰ φυγά, δὺ' ἀδελφεῷ, εὔσοα τέκνα·
 ὄλβιοι εὐνάζοισθε καὶ ὄλβιοι ἀὼ ἴδοιτε'.

III.

'Eraphum' Apin Aegyptium depravato nomine male vel Buttmannus (Mythol. II p. 182) propterea censuerat, quod nullum extra Aegyptum vestigium reliquisse in tanta testimoniorum copia ille videretur. Ex hac concordia unus certe testis eximendus 'Aegimius' quem Hesiodi ferunt, qui et Jonem et Eraphum Euboeam relegavit¹⁾. Adscribimus fr. 3 Rz. a Stephano s. v. 'Ἀβαντίς servatum: ἡ Εὐβοία, ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγυμίου β' περὶ Ἴουδ'

νήσῳ ἐν Ἀβαντίδι δῖη
 τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κίκλησκον θεοὶ αἰὲν ἕοντες,
 τὴν ποτ' ἐπώνυμον Εὐβοίαν βοῶς ὠνόμασεν Ζεὺς²⁾.

Versuum male tornatorum argumentum Lobeckius et Meinekius verissime perspexerunt, Jus nimirum in vaccam transformationem in superioribus expositam censentes³⁾. Strabonis (vel potius Apollodori) auxilio uti fragmentorum conlectores noluerunt, qui X p. 445 de Euboeae insulae nomine ita disputavit: οἱ δ' ἀπὸ Ἡρωος (Abantis Euboeam 'Abantin' vocatam esse dicunt), καθάπερ καὶ Εὐβοίαν ἀπὸ Ἡρωίνης. τάχα δ', ὥσπερ 'Βοῶς αὐλή' λέγεται τι ἄντρον ἐν τῇ πρὸς Αἰγαῖον τετραμμένη παραλίᾳ, ὅπου τὴν Ἴω φασὶ τεκεῖν Ἐπάφον, καὶ ἡ νῆσος ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας (scil. quod mutata in vaccam Jo Eraphum ibi enixa esset) ἔσχε τοῦτο τὸ ὄνομα⁴⁾. Ex 'Aegimio' igitur cum veriloquio fabulam sumpsisse geographum concludimus. Accedit aliud. Euboeae idem Stephanus Argum Jonis custodiam egisse s. v. Ἀργουρα commemoravit ἔστι δὲ καὶ τόπος Εὐβοίας Ἀργουρα, ὅπου δοκεῖ τὸν Πανόπτην Ἐρμῆς πεφρονεκένα recte a Lobeckio, qui haec egregie explanavit, conlatus cum Aegimii fr. 5 et 6 Rz. (= schol. Eur. Phoen. 1116 et schol. Ven. B ad Q 24), ubi et immissus a Junone Argus Joni custos et necatus a Mercurio nulla loci tamen mentione facta perhibetur. Quocum optime Argi origo congruit ab Aegimii poeta defensa. Nam cum Cercops quoque Milesius 'Aegimium' ferretur conscripsisse (Athen. XI p. 503 D = fr. 7 Rz.), ad idem carmen respicere Apollodorus II 1, 3, 3 recte iudicatur: Κέρκωψ Ἀργου καὶ Ἰσμῆνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς (λέγει Ἀργὸν τὸν Πανόπτην). Multis enim Euboea vinculis ut par est cum Boeotia et Thebis antiquitus copulatur. Quid tamen? Argiva Jo Euboeae ab Argo custodia quomodo in hanc insulam ex patria pervenerit, interrogamus. Erroribus agitatum

¹⁾ Eximendus praeterea est Stephanus s. v. Πυγμαῖοι. ἔθνος ἀπὸ Πυγμαίου τοῦ Δώρου τοῦ Ἐπάφου.

²⁾ Peppmüller, Mus. rhen. 1885 p. 626.

³⁾ Lobeckius Aglaophami p. 1131 sqq. Meinekius ad Stephanum s. v. Εὐβοία.

⁴⁾ Etym. Magn. s. v. Εὐβοία . . ὅτι τῇ Ἰουδί (immo Ἴστ) εἰς βοῶν μεταβληθείσῃ ἕκαστος πολλὰς βοτάνας ἢ γῆ ἀνεβλάστησεν, ἢ ὅτι ἐν αὐτῇ βοῶς γενομένη καλλίστην διέτριψεν.

negamus, siquidem Ius fugae Argi custodia secundum notam illam ex Aeschylo aliisque narrationem antecessit nec subsecuta est. Raptam igitur a Iove suspicamur ex alia Euboensium fabula sacra quae de Iunone est apud Plutarchum in Daedalarum Plataeensium descriptione fr. 3, qui Iunonem virginem a Iove furto sublatam in antro quodam prope Plataeas Cithaerone montano deo opem ferente occultatam fuisse nutrice Macride frustra circumspiciente narravit. Quodsi vetustissimus testis qui superest Aegimii 'Hesiodei' poeta et patriam Epaphi et Ius Argivae refugium Euboeam esse voluit, sequitur ut aut ignorasse 'Aegyptum' aut eam Euboeae regionem, in qua cum Epapho Io versaretur Aegypti nomine ipse significavisse existimandus sit. In qua quaestione optime iterum nobis Stephanus opitulatur s. v. Αἴγυπτος in articuli calce adnectendo ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος μικρά. Hanc 'parvam Aegyptum' nuper Tuempelius (Annal. Fleckeis. suppl. anni 1887 p. 161 sqq.) admodum erudita commentatione ad Carpathum insulam vel Thraciae oram frustra rettulisse nobis visus etiam est, antequam Euboeam ipsi repperiremus. Multa enim sunt quae longius subtiliusque aut ipse molitus est aut a Crusio excogitata incaute propagavit. Videant tamen ipsi. Unam rem nos monuisse satis habebimus, quam a Tuempelio praetermissam esse demiramur. Nam praeter Ionem Epaphum Danaum Proteum vel antiquissimum Atheniensium regem fabularem Cecropem narrationes quinto a. Chr. n. saeculo anteriores ex Aegypto in Atticam deduxerunt. At quid Cecrops ad Carpathum et Thraciam? Ergo 'Parvam Aegyptum' in graeca quadam regione, quam non cum Argolide tantum et propter Proteum cum Chalcidica verum etiam cum Attica cohaesisse antiquitus certissime constet, quaerendam esse patet. Exploratum hoc de Euboea tanta documentorum est frequentia, ut tacere praestet.¹⁾ Relinquitur Aegypti nomen, quod graecum esse consentientibus harum rerum peritis, cum Aegyptium esse non possit (Tuempel. l. c. p. 161), vel ob ea conligimus quae hucusque exposuimus. Viam etiam Lycophronis Alexandra praecivit v. 850 sqq. haec de Helena et Menelao in Graeciam redeuntibus proferendo:

ἐπόψεται δὲ τοὺς θερειπτότους γύας
καὶ ρεῖθρον Ἀσβύσταο (Nili) καὶ χαμεινάδας
εὐνάς δυσόδοις θηροῖσι συγκοιμώμενος.
καὶ πάντα τλήσεται οὐνεκ' Ἀιγύας κυνὸς
τῆς θηλίπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.

Αἰγύαν Helenam qui ad Arcadiac oppidum Aegyn revocant quid Helenae cum Arcadia sit velim respondeant. Dixit me iudice Lycophro Αἴγυ-ος pro Αἴγυ-πιος, quem admodum Αἴγυ-ς quoque consueto decurtandi more recte ex Αἴγυ-πτος elici queat, et Helenam apud Aegyptios commorantem indicare voluit. Amplius quaerere de

¹⁾ Fortasse huc pertinet, quod Cecrops Athenas Diades in septentrionali Euboeae parte condidisse dicitur: cf. O. Müllerum Orchom. p. 116 sq.

nomine Αἴγυπτος nunc nolumus. Quid? quod vel Aethiopes in Euboea iuxta Aegyptios ut decet habitabant? Harpocr.¹⁾ s. v. Αἰθίοπων· ὄνομα χωρίου ἐν Εὐβοίᾳ et Stephan. s. v. . . . πλησίον τοῦ Εὐρίπου, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία²⁾. Dicit Dianam Amarynthis prope Eretriam ad Euripum cultam verissime Bursianus coniecit in Geographia Graeciae II p. 418: cuius deae vel trans Euripum in planitiem Atticam ad Athmonenses perlata sacra esse constat. Hinc Sapphonis quod dicitur epigramma dedicatorium melius quam successit interpretibus intellegemus in Anthologiam Palatinam VI 269 (= fr. 188 Bergkii) receptum:

παῖδες, ἄφρωνος εἴσα τόδ' ἐννέπω, αἶ τις ἔρηται,
φωνᾶν ἀθανάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Ἀἰθιοπία με κόρα Λατοῦς ἀνέδηκεν Ἄριστα
Ἐρμοκλειδαία τῷ Σαιοναΐδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν, ἔ σὺ χαρεῖσα
πρόφρων ἀμετέραν εὐκλείσον γεναῶν.'

Sententia poematis haec est, ut dicat puellulae statua, se ipsam quidem loqui non posse, basi tamen inscripta legi quae spectantium si quaerant intersit, 'Aethopiae' nimirum 'nixibus praesenti'³⁾ Dianae hoc artis monumentum dicatum esse. Ex templo igitur 'Aethopiae' hic titulus dialecto aut Aeolica aut Dorica conscriptus in Sapphycorum carminum syllogam pervenit⁴⁾.

¹⁾ Lexicon Seguerianum V (Anecdota graeca I p. 355 Bekker.) Αἰθίοπων τῆς Εὐβοίας ἐστὶ χωρίον nihil novi continet.

²⁾ Hesychius s. v. Αἰθιοπία. ἢ Σαμοθράκη. ἄλλοι τὴν Ἄρτεμιν. — S. v. Αἰθιοπίας παῖδα. τὸν Διόνυσον Ἄνακράων (fr. 135 Bergk.), ἄλλοι τὸν οἶνον. Semelene an Dione (Eurip. fr. 177 N.²⁾ an Thyone (Aeschyl. fr. p. 73 N.²) 'Aethiopia' dicitur?

³⁾ δέσποινα γυναικῶν est Diana Ἰφίγεια 'potens uteri', ut Ovidii verba supra adscripta p. XII mea faciam. Rem intellexit Welcker Op. III p. 203⁵⁰. Ἀγροτέρων Ἄρτεμιν ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος scollum dicit 4 Bergk.

⁴⁾ Videndum est de 'Theognidis' carmine 1206 sqq.:

Αἰθῶν μὲν γένος εἰμί, πόλιν δ'εὐταιχέα Θήβην
οἰκῶ, πατρῴας γῆς ἀπερυστόμενος.
μή μ'ἀφελῶς παίζουσα φίλους δένναζε τοκήας,
Ἄργυρι. σοὶ μὲν γὰρ δοῦλιον ἦμαρ ἔπι,
ἡμῖν δ'ἄλλα μὲν ἐστὶ γόνοι, κακὰ πόλλ', ἔπει ἐκ γῆς
φύγομεν, ἀργαλέη δ'οὐκ ἔπι δουλοσύνη,
οὐδ' ἡμᾶς περνᾶσι· πόλις γε μὲν ἐστὶ καὶ ἡμῖν
καλή, Ληθαίῃ κελκλιμένη πέδιλον.

'Poeta, cuius hi sunt versus, fortasse Euboea fuit oriundus, in qua insula Nonnus XIII 164 Ὠγυγίης πέδιλον Αἰθῆς recenset' Bergkii⁴ p. 223. Αἰθῆς ibi codicum consensu videtur stabilitum: cf. Koehlyi praef. I p. LXVI. Accedit alterum. 'Lethaea' planities admonet Stygis; Styx Euboensis ab eodem Nonno affertur ib. 162 sqq.:

ἀκτὴν κυματόεσσαν ἀσιγήτοιο Γεραιστοῦ
καὶ Στύγα καὶ Κοτόλαιον ἕδος καὶ Σπρίδος ἕδρην
Μαρμαρίου τε τένοντα καὶ Ὠγόγιον πέδιλον Αἰθῆς.

Itaque Αἰθῶν pro Αἰθῶσφ et Αἰθῆ pro Αἰθιοπία dictum esse suspicari possis. Nos dubitamus 1) propter fluvium Ληθαίων Triccae; 2) propter Ληθῶν Pelasgum Larisaeum, Hippothoi Troianorum socii patrem

Eraphi fabula, ut redeamus unde digressi sumus, aliam quoque ob causam Euboeam necessario revocanda est. Etenim ex 'Catalogis Hesiodicis' (unde infra Apollodori narrationem II 1, 3 haustam esse demonstrabimus) bibliotheca haec de prima Eraphi pueritia recepit: τοῦτον δὲ (Eraphum Aegyptium) Ἦρα δεῖται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτὸν· καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας, Ἴδω δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτρέπετο. 'Unde miror' inquit Lobeckius Aglaophami p. 1131 'neminem adhuc Curetes Aegyptios exsculpsisse. Euboicos autem hoc loco significari Curetes Junonis nomen indicat insidiarum molitricis, quae in eadem insula adolevisse dicitur, ubi Eraphum natum, Argum occisum esse constat' (ex Aegimio, ut vidimus, Hesiodo). Euboenses Curetes novit Strabo X p. 472¹⁾, alios ut sileamus, et Chalcide locavit. Denique de uxore Eraphi paucis exponimus. Quod enim in Aegypto Cassiopam duxit (in 'Hesiodi Catalogis' Hyg. Fab. 149 infra p. XXV et XXVII), possit hoc ex novata narrationis forma provenisse, possit vero etiam ex primaria retentum esse. Optionem datam quis sine certa ratione diiudicaverit? Iam vero Corcyrae, in insula quondam Euboica,²⁾ Cassiopam et urbem et promuntorium³⁾ et Iovem quoque Casium illuc pertinentem proba asserit memoria. Fortasse igitur Cassiopa Eraphi uxor iam in Euboica fabula fuerat et in Aegyptum simul cum marito postea demum traducta est: quae omnia non attigisse Tuempelium, cum docte et copiose de Cassiepea disserteret, vehementer dolemus. Itaque verissime H. D. Müllerus⁴⁾ divinavit missis et Libya filia et Belo nepote in primaria narratione Eraphum procreasse Danaum et Aegyptum videri. Addimus, Agenorem patrem Cadmi primitus ex ipso Erapho Euboensi non aliter quam Dorum (supra p. XXI¹⁾) originem duxisse nos suspicari. Et remansit huius rei vestigium in iis quae Pausanias ex probo quodam auctore IX 12,2 excerpit: ἐνταῦθα ἔστι μὲν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἀγαλμα Ἀθηνᾶς· ἀναθεῖναι δὲ αὐτὸν Κάδμον λέγουσιν. τοῖς οὖν νομίζουσιν ἐς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαῖδα Αἰγύπτου καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα ἔστιν ἐναντίον τῆς λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὅγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται καὶ οὐ Σαῖτις (Wentzel: Σαῖς codd.) κατὰ τὴν Αἰγυπτίων. Novit igitur Pausaniae auctor sed improbavit qui ex Aegypto Cadmum Thebas ducerent et non ex Phoenice, unde venisse post 'Hesiodi Catalogos' summo consensu ferebatur (Apollod. II 1,4).

P 288 sqq., qui primitus necessario fuit Thessalus, etsi aliter sentit Bruck ('Quae veteres de Pelasgis senserint' p. 4 sqq.); 3) propter Erychthonem Dotium 'Αἰθονα', qui quid significet nemodum aperuit. — Lesbii Aethiopes: Hesych. s. v. Plin. NH V 139. Coi: Tuempel. p. 165. Duplices igitur et in orientali et in occidentali maris aegaei parte 'Aethiopes' reapse exstiterunt.

1) . . . (Κούρητας) Κρήτας, περιθέσθαι δὲ ἐπὶ χαλκᾷ πρώτους ἐν Εὐβοίᾳ· διὸ καὶ Χαλκιδαίους αὐτοὺς κληθῆναι . . . ἐν δὲ τοῖς Κρητικῶς λόγοις οἱ Κούρητας Διὸς τροφῆς λέγονται καὶ φύλακας. Steph. s. v. Αἰθιφός . . . Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ ἐκατὶ χαλκῶν πρώτων εὐρεθῆναι· "καὶ πρώτοι χαλκῶν ἐκατὶ ἐνεθύσαντο οἱ Κούρητας οἱ μετὰ Διὸς ἐλθόντας (scil. ex Creta), οὗς φύλακας τῆς νήσου καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἦρας (v. l. Πέρας) κατέλιπον· ἀφ' οὗ οἱ Χαλκιδαῖς ὀνομάσθησαν".

2) Cf. Wilamowitz Homer. Unters. p. 172 et mea 'Parerga attica' p. IX.

3) Ptolem. Geogr. III 13,9 (vol. I p. 531 cum nota Muelleri). Bursian 'Geogr. graec.' II p. 357 et 361.

4) De hoc loco Wentzelii 'Ἐπικλήσεις' inspicias VII p. 35.

Qui si 'Parvam Aegyptum' in Euboea sitam intellegi voluit, plana non solum esset narratio, sed quadraret in Aegimium 'Hesioideum'. Verum haec dubia sunt.¹⁾

Desinemus in Jove 'Casio'. Qui quod Romanis demum temporibus in litteris nummisque commemoratur²⁾, propter Casiopam vel Cassiopam — nam variatur in geminanda consona media — casui tribuimus. Provenit, ni fallimur, sicut Κάδ-μος ita Κά(δ)-σιος e radice καδ³⁾ et comparamus φύξιος πρόβιος προχαρσιος κτίσιος λύσιος deorum appellativa. Nec putamus epitheta Κάδμος et Κάσιος certo numini propria esse, quoniam rebus ordinandis pleraque numina praefici optime posse apparet, et iuxta Jovem Κάσιον Corcyraeorum novimus Bacchum Κάδμον Thebanum (Paus. IX 12,4) et vel Mercurium Κασμίλον, de quo post irrita tot recentiorum conamina afflicta est veri investigatio.

Breviter comprehendimus. Ex Euboica fabula 'Aegyptia' altera ad Nilum pertinens ita novata est, ut non modo Epaphus cum Api deo Aegyptio et Jo cum Iside componerentur — excepit haec commenta iam Herodotus⁴⁾ — verum ex genuina stemmatis radice genealogia totum paene terrarum orbem complectens produceretur. Sed de his quidem hactenus.

IV.

Jus historiam et fata gentis praeter Aeschylum soli mythographi accuratius persecuti sunt. Et primum quidem Ps.-Apollodorum bibliothecae scriptorem examinabimus. Qui cum in rebus genealogicis excellat varietatis studio, ad narrationis filum pertendendum se commiscuisse diversa nullo indicio subindicavit. Habet quae Aeschyleae tragoediae commonefaciant, in aliis graviter dissentit, ut non possint haec Apollodorea ex summo tragico hausta esse. Rem historiologiae initio explanabimus appositis Hygini verbis Fab. 145 p. 24 Schm.:

Ἄργου δὲ καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ πατρὸς Ἰασος, οὗ φασιν Ἰὼ γενέσθαι. Κάστρω δὲ ὁ συγγραφέας τὰ Χρονικά καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλαος Πειρήνος αὐτὴν φασιν εἶναι. ταύτην ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν Ζεὺς ἐφθειρεν· φωραθεὶς δὲ ὑφ' Ἥρας τῆς μὲν κόρης ἀψάμενος εἰς βοῦν μετεμόρφωσε λευκὴν, ἀρχὴν δὲ ἀπωμόσατο μὴ συνελθεῖν. διὸ φησιν Ἡσίοδος οὐκ ἐπισπᾶσθαι τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ὀργὴν τοὺς γινομένους ἕρκους ὑπὲρ ἔρωτος. Ἥρα δὲ αἰτησαμένη παρὰ Διὸς τὴν βοῦν φύλακα αὐτῆς κατέστησεν Ἄργον τὸν Πανόπτην.

Ex Inacho et Argia Jo.

Hanc Juppiter dilectam compressit et in vaccae figuram convertit, ne Juno eam cognosceret.

Id Juno cum rescivit, Argum, cui undique oculi refulgebant, custodem ei misit.

¹⁾ Quadraret etiam Antiope Hyria oriunda, quae 'Cadmi mater' fertur in praecipuis scholiorum in Euripidis Phoenissas (v. 5 Schwartz.) codicibus.

²⁾ Conferantur quae in Headii 'Historia nummorum' p. 277 sq. adnotata sunt.

³⁾ Cum alii tum Muellenhoffius (Deutsche Alterthumskunde I p. 21) graecum hoc appellativum ex lingua Phoenicum explicabant!

⁴⁾ II 153 ὁ Ἄπις κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσάν ἐστιν Ἐπαφος. III 28 ὁ δὲ Ἄπις οὗτος [ὁ Ἐπαφος]

Auctorem 'Hesiodum' ipse nominavit Apollodorus, a quo Aeschylus recedit mutandi munere Junoni adsignato v. 285. Hesiodi fragmentum ad 'Aegimium' male editores revocarunt¹⁾. Nam cum ex insequentibus appareat Mycenis Argum puellam vexasse, Aegimii poetam hanc rem Euboeae gestam voluisse supra ostendimus p. XXI. Itaque in alio quoque poemate 'Hesiodo' ita, ut refert Apollodorus, de Jone actum fuisse conligimus. Et quoniam fr. 49 et 50 'Catalogorum' Danaidum et Aegyptiorum fata persequuntur, hoc carmine de utrorumque origine quae necessaria essent exponi debuerunt. 'Catalogis' igitur hoc frustulum Aegimio demptum inserendum esse arbitramur. Versus ipsos scholiasta Plat. Symp. 183 M. (= fr. 4) servavit:

ἐκ τοῦδ' ὄρκον ἔθηκεν ἀπήμονα ἀνθρώποισι
νοσφιδίων ἔργων περὶ Κύριδος.

Quibus additum apud Hesychium legimus s. v. ἀφροδίσιος ὄρκος: πρῶτος Ἡσίοδος ἐπλασε τὰ περὶ τὸν Δία καὶ τὴν Ἰώ. — Cetera ita procedunt apud Apollodorum et Hyginum: οὗτος (Argus custos) ἐκ τῆς ἐλαίας ἐδέσμευεν αὐτήν, ἥτις ἐν τῷ Μυκηναίων ὑπῆρχεν ἄλσει. Διὸς δὲ ἐπιτάξαντος Ἐρμῆ κλέψαι τὴν βοῦν μὴνύσαντος Ἰέρακος, ἐπειδὴ λαθεῖν οὐκ ἐδύνατο, λίθῳ βαλὼν ἀπέκτεινε τὸν Ἄργον, ὅθεν Ἀργειφόντης ἐκλήθη. Ἦρα δὲ τῇ βοῖ ὄιστρον ἐμβάλλει. ἡ δὲ πρῶτον μὲν ἦκεν εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἰόνιον κόλπον κληθέντα, ἔπειτα διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα καὶ τὸν Αἴμον ὑπερβαλοῦσα διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον Πόρον Θράκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον· ἐλθοῦσα δὲ εἰς Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν, πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα καὶ πολλὴν διανηξαμένη θάλασσαν Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, τελευταῖον ἦκεν εἰς Αἴγυπτον, ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφήν ἀπολαβοῦσα γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἐπαφον παῖδα. τοῦτον δὲ Ἦρα δέεται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτόν. καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας, Ἰὼ δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο. πλανωμένη δὲ κατὰ τὴν Συρίαν ἄπασαν (ἐκεῖ γὰρ ἐμηνύετο ὅτι ἡ τῶν Βυβλίων βασιλέως γυνὴ ἐτιθήναι τὸν υἱόν) καὶ τὸν Ἐπαφον εὐροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα ἐγαμίθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότε Αἴγυπτίων. ἰδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δίμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἴσιν Αἰγύπτιοι, καὶ

Hunc Mercurius Jovis iussu interfecit. At Juno formidinem ei immisit, cuius timore exagitata coegit eam ut se in mare praecipitaret, quod mare Jonium est appellatum.

inde in Scythiam transnavit, unde 'Bospori fines'²⁾ sunt dictae, inde in Aegyptum, ubi parit Epaphum.

Jovis cum sciret suapte opera tot eam aerumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit deamque Aegyptiorum esse fecit, quae Isis nuncupatur.

γίνεται μόσχος ἐκ βοῆς . . Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἐπαφόν. Interpolamentum ex III 27 (ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἄπις, τὸν Ἑλληνας Ἐπαφόν καλέουσι) sumptum unclis inclusi. II 38 τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, quocumque II 41 coniungendum est τὸ τῆς Ἰσῆος ἄγαλμα ἐδὸν γυναικίῳ βούκερῶν ἐστι, καθάπερ Ἑλληνας Ἰσὸν γράφουσι.

¹⁾ Hanc rationem impugnavit acerrime Kirchhoffius (Odys. ² p. 328 sq.) alliam causam proferens ut in compilatore tamen non satis certam.

²⁾ 'Fauces' pro 'fines' coniecit Hermannus Aeschyl. II p. 160. Male etiam Bursianus Βοσπόρον στενά intellexit (cf. M. Schmidtii adnotationem). 'Bospori fines' est 'Bosporus Cimmericus Europam ab Asia dividens' Aeschyl. Prometh. 730 Herod. IV 45.

τὴν Ἰὼ Ἴσιν ὁμοίως προσηγόρευσαν. Ἐπαφος δὲ βασιλεύων Αἰγυπτίων γαμει Μέμφιν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν πόλιν, καὶ τεκνοὶ θυγατέρα Λιβύην, ἀφ' ἧς ἡ χώρα Λιβύη ἐκλήθη. Λιβύης δὲ καὶ Ποσειδῶνος γίνονται παῖδες δίδυμοι Ἀγίνωρ καὶ Βῆλος κτλ'.

Fab. 149: Juppiter Epaphum, quem ex Jo procreaverat, Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. Is oppidum primum Memphin et alia plura constituit et ex Cassiopa uxore procreavit filiam Libyen, a qua terra est appellata. Fab. 157 p. 13 Schm.: Agenor et Belus ex Libya Epaphi.

Unam in tanto consensu discordiam quae de uxore est sive Cassiopa sive Memphide suadente horum mythographorum ratione et natura ita explicamus, ut in fonte illis communi duo illa nomina diversis ex auctoribus adscripta arbitremur, unde alteram varietatem alter decerpserit. Quod solam Memphin urbem Epaphum condidisse Apollodorus tradidit, compilandi neglegentiae tribuerimus, praesertim cum Pindarus non modo Libyam Ἐπάφου κέραν (Pyth. IV 25), verum Nem. X commemorans Epaphi colonias per Aegyptum deductas et facinus Hypermestrae Hygino sua auctoritate succurrat v. 7 sqq. πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατέκτισθεν ἄσθη ταῖς Ἐπάφου παλάμαις. οὐδ' Ὑπερμήστρα παρεπλάγχθη, μονόψαφος ἐν κουλεῖ κατασχόισα ξίφος. Apollodori et Hygini in genealogia concordia eo pluris facienda est, quod de Agenore et Belo Libyae filiis erat qui contraria proferret. Ex cuius sententia scholiis Euripideis ad Phoen. 678 et Nonni Dionysiakis III 258—319 servata Agenor Beli non gemellus sed filius perhibebatur, Libyae nepos.

Apollodorum II 1,4 cum Hygini Fab. 168 p. 31 Schm. componere pergimus, ut genuina narratio ex excerptis restituatur:¹⁾

Βῆλος δὲ ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου, γαμει δὲ Ἀγχινοῦν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι, Αἰγυπτος καὶ Δαναός... Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατέκτισεν, Αἰγυπτον δὲ ἐν Ἀραβίᾳ, ὅς καὶ καταστρεφάμενος τὴν Μελαμπόδων χώραν ὠνόμασεν Αἰγυπτον. γίνονται δὲ ἐκ πολλῶν γυναικῶν Αἰγύπτῳ μὲν παῖδες πενήκοντα, θυγατέρες δὲ Δαναῷ πενήκοντα. στασιασάντων δὲ αὐτῶν περὶ τῆς ἀρχῆς ὕστερον, Δαναὸς τοὺς Αἰγύπτου παῖδας δεδοικώς, ὑποδεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ ναῦν κατεσκεύασε πρῶτος καὶ τὰς θυγατέρας ἐνθέμενος ἔφυγεν. προσσχὼν δὲ Ῥόδῳ τὸ τῆς Λινδίας ἄγαλμα Ἀθηνᾶς ἰδρύσατο· ἐντεῦθεν δὲ ἦκεν εἰς Ἄργος καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραδίδωσι Γελάνωρ ὁ τότε βασιλεύων.

Danaus Beli filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque filios frater Aegyptus, qui Danaum fratrem interficere voluit, ut regnum paternum solus obtineret, et filias eius filiis uxores a fratre poposcit. Danaus re cognita Minerva adiutrice ex Africa Argos profugit. Tunc pri-

¹⁾ Omittemus Danaidum et Aegyptiorum indiculos apud Apollodorum II 1,5 et Hyginum Fab. 170, qui partim congruunt partim discedunt.

ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν μηνίων Ἰνάχῳ, διότι τὴν χώραν Ἦρα ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὕδρευσομένας ἐπεμψεν. Sequitur de Amymona narratio.

Deinde sic pergitur: οἱ δὲ Αἰγύπτου παῖδες ἐλθόντες εἰς Ἄργος τῆς τε ἐχθρας παύσασθαι παρεκάλουν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ γαμῆν ἤξιον, Δαναὸς δὲ ἅμα μὲν ἀπιστῶν αὐτῶν τοῖς ἐπαγγέλμασιν ἅμα δὲ καὶ μνησικακῶν περὶ τῆς φυγῆς, ὠμολόγει τοὺς γάμους καὶ διεκλήρου τὰς κόρας... Π 1, 10 ὡς δὲ ἐκληρώσαντο τοὺς γάμους ἐστιάσας ἐγχειρίδια διδωσι ταῖς θυγατράσιν. αἱ δὲ κοιμωμένους τοὺς νυμφίους ἀπέκτειναν πλὴν Ὑπερμήστρας. αὕτη δὲ Λυγκία διέσωσε παρθένον αὐτὴν φυλάξαντα. διὸ καθεύξας αὐτὴν Δαναὸς ἐφρούρει· αἱ δὲ ἄλλαι τῶν Δαναοῦ θυγατέρων τὰς μὲν κεφαλὰς τῶν νυμφίων ἐν τῇ Λέρνῃ κατώρυξαν, τὰ δὲ σώματα πρὸ τῆς πόλεως ἐκίδευσαν. καὶ αὐτὰς ἐκάθηραν Ἀθηναῖα τε καὶ Ἑρμῆς Διὸς κελεύσαντος. Δαναὸς δὲ ὑστερον Ὑπερμήστραν Λυγκεῖ συνήκισε, τὰς δὲ λοιπὰς θυγατέρας εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα τοῖς νικῶσιν ἔδωκεν.

num dicitur Minerva navem fecisse biporam, in qua Danaus profugeret.

At Aegyptus, ut rescit Danaum profugisse, mittit filios ad persequendum fratrem et eis praecepit, ut aut Danaum interficerent aut ad se non reverterentur. Qui postquam Argos venerunt, oppugnare patrum coeperunt. Danaus ut vidit se iis obsistere non posse, pollicetur iis filias suas uxores, ut pugna absisterent. Impetratas sorores patruales acceperunt uxores, quae patris jussu viros suos interfecerunt. Sola Hypermestra Lynceum servavit...

In ultimis enuntiatis deficiente Hygino (vel potius alia etsi in fabula 170 p. 34 Schm. discedente) ad recte aestimandum Apollodorum Pindarus prodest, cuius subsidio iam semel commode utebamur. Nam quemadmodum a mythographo Hypermestrae ceteras Danaides Amymona excepta post caesos Aegyptios opponi videmus victoribus gymniciis promissas, ita Pindarus Nem. X 10 facinus Hypermestrae, Pyth. IX 195 sqq. procorum certamen a Danao institutum hunc in modum descripsit: εὐρεν τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ παρθένοισι (praeter Hypermestram et Amymonam omnibus), πρὶν μέσον ἅμα εἶναι, ὠκύτατον γάμον· ἔστασεν γὰρ ἅπαντα χορὸν ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος· σὺν δ' ἀέθλοισι ἐκέλευσεν διακρίναι ποδῶν, ἀντίνα σήξει τις ἡρώων, ὅσοι γαμβροὶ σφιν ἦλθον. Pindarum Amymonae cum Neptuno nuptias et novisse et spectasse ex puellarum numero quinquagenario concludimus Nem. X 1 commemorato. Haec autem doctrina 'Hesioidea' est ex 'Catalogis' hausta, cum viginti Hecataeus numeraverit, cuius verba schol. Eurip. Or. 872 (= fr. 50 Rz.) attulit ὁ δὲ Αἰγυπτὸς αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος, παῖδες δὲ, ὡς μὲν Ἡσίοδος ἐποίησε, πεντήκοντα (ὄντες)¹⁾, ὡς δὲ ἐγὼ λέγω, οὐδὲ εἴκοσι. Alterum 'Hesiodi' vestigium apud solum Apollodorum patet. Fontes terrae Argivae puellis aequatum missis Danaum restituisset ut mythographus ita 'Hesiodus' fr. 49

¹⁾ Supplevi. Alia alii moliti sunt, quos Schwartzius enumeravit.

(= Eustath. p. 461,2) exposuerunt: πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος καλεῖ (Homerus) . . ἀπὸ τῶν Δαναῶν, αἱ παραγενόμεναι ἐξ Αἰγύπτου φρεωρυχίαν ἐδίδαξαν, ὡς Ἡσίοδος:

Ἄργος ἀνδρῶν ἐὼν Δαναὸςποίησεν ἔνυδρον.

Quae cum ita sint, certae cuiusdam 'Hesiodeorum Catalogorum' partis argumentum feliciter redintegratum esse contendimus.

Deinceps videndum est, quatenus cum Supplicibus Aeschyleis haec Hesioidea concinant, quatenus dissentiant. Haec igitur cum Hesiodo Aeschylus:

Jonem sacerdotem compressam a Jove et in vaccam conversam Juno Argis Argo custodi commisit: quo per Mercurium occiso oestro vexavit terrarum orbem pervagantem.¹⁾ Tandem in Aegypto contactu Jovis in pristinam formam redacta Epaphum Argis a Jove conceptum enixa est. Et ipsa et Epaphus urbium multarum conditor inter deos acceptis novis Isidis et Apidis nominibus conlocantur. Ex Epapho quarto genere descendunt Danaus et Aegyptus, quorum ille in Libya a patre rex constitutus a fratre invaditur regnum fraternali adfectante et filiis suis quinquaginta totidem Danai filias poscente. Minervae ope profugum et Argis a Pelasgorum rege generose exceptum persecuti Danaum Aegyptii, cum pater domi remansisset, tandem accipiunt suam quisque puellam, at noctu praeter Lynceum ad unum omnes interficiuntur.

Sunt etiam quae discrepent. Dixerat 'Hesiodus' Jovem ab uxore deprehensum puella in bovem commutata se non couisse cum hac vacca peierasse. Quae res cum divinam dignitatem, qualem animo impressam Aeschylus venerabatur, perverteret, ita variavit, ut transformandae Jus negotium Junoni tribueret²⁾ missaque omni perfidia vel utentem amplius puella Jovem faceret. Praetermisit multa ex Danaei historia. Quae recepit, ea cum 'Hesiodi Catalogis' a nobis restauratis omnia concordant. Hinc quantum et Juppiter et Jo distant postea ab eodem poeta in Prometheo retractati. Quamquam vel in Prometheo errores Jus enarrans eundem 'Hesiodum' secutus est, ut ex mythographorum consensu ad 'Hesiodum' referendo apparet. Quae omnia nunc praeteribimus. Ad aliud ut veniamus, Jonem et Argum custodem in 'Hesiodi Catalogis' Mycenis³⁾, Argis apud Aeschylum versari cum paullo post pugnam Plataeensem

¹⁾ Aeschylus Epirum (Molossos et Dodonam), mare Ionium, Scythas, Cimmericos commemorat, Illyriam Haemum Bosphorum Thracium, quae Apollodorus habet, non item. Haec inter se facile coniunguntur. — Hyperboreos Herodotum ex hoc Jus itinere ab Hesiodo exposito IV 32 afferre Kirchhoffius p. 329 verissime monuit, male negavit Crusius (Roscher MW 2817). De 'Aegimio' Hesioideo idem prorsus erravit Welckeri suspicionem quandam perperam amplexus (Aeschyl. Trilogie p. 137).

²⁾ Recte ita iam scholia ad v. 297 K.: τὴν διὰ τὴν (<Ἡραν> γενομένην ὑπὸ Διὸς μεταμόρφωσιν τῆς Ἰοῦς τῇ θεῇ προσήψεν. Habet hoc Aeschyleum Propertius III 4 sqq. — Explicari ex hac Supplicum fabula pictura quaedam vascularis videtur, quae Argum representat a Mercurio occisum praesente et Jove et tauro absente Jone. Nam errant Schoene Annali 1865 p. 147 et Engelmann de Jone p. 18 et Overbeck Kunstmythol.¹ II p. 478 taurum pro vacca pinxisse artificem existimantes. Taurus ad Jovis ipsius mutationem spectat ab Aeschylō v. 286 significatam.

³⁾ Ad Hesioideam fabulam spectat Stephanus s. v. Μυκῆναι . . . ἢ ἀπὸ τοῦ μνησασθαι τὴν Ἰὼ βόων ἐκατ' γενομένην.

Mycenaeos et Tirynthios in dicionem Argivorum redactos ipse poeta viderit, ex historiae vicissitudinibus intellegimus. Simul cum loco fabulae mutato alius Jus pater in tragoediam inductus videtur, quem Inachum Aeschylus, Pirenem¹⁾ Hesiodus vocaverat initio capitis Apollodori supra appositi p. XXV. Piranthen eundem Apollodorus antea dixerat, cum Argi eponymi filios enumeraret II 1, 2,²⁾ dicitque Plutarchus Daedalarum fr. X³⁾ λέγεται δὲ ὁ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἦρας ἱερὸν εἰσάμενος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλιθύειαν ἱέρειαν καταστήσας ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄρχηνην τεμῶν εὐκτέανον Ἦρας ἀγαλμα μορφῶσαι⁴⁾ et appellatur Jo apud Hesychium s. v. 'Καλλιθύεσσα'⁵⁾ prima Junonis sacerdos.⁶⁾ Ergo ex Mycenaeorum memoria Pirenem 'Hesiodus', ex Argivorum Inachum Jus patrem Aeschylus aperto consilio desumpsit. Idem fortasse de Danaidum hospite Pelasgo rege, Palaechthonis ex Terra nati filio, quem Gelanorem⁷⁾ nominavit 'Hesiodus', statuendum est⁸⁾ etsi secus sentit Wilamowitzius Herm. 1887 p. 609: 'Das Drama spielt zu den Zeiten des Pelasgos, Palaechthons Sohn, und wie das Barbarische mit feinen Pinselstrichen aufgetragen ist, so sollen wir überall den Erdgeruch der Urzeit spüren'. Odoramur in hac tragoedia nos quoque terrigenam vetustatem et genealogiis et aliis rebus effectam: velut Argus custos 'Tellure ortus' fertur v. 305 (Prom. 570). At fuit ante Aeschylum huius Argi originis testis idoneus Acusilaus natione ipse Argivus⁹⁾, per quem cum alia tum Hesioidea multa ad nos pervenerunt (Apollod. II 1,3). Certe Pelasgus 'autochtho', ut decet populi eponymum, alibi praedicatur (ib. II 1,2 = Hes. fr. 70 Rz). Aeschylum igitur de Pelasgo quoque Argivam quandam memoriam desertis 'Catalogis' suscepisse credibile est.¹⁰⁾

1) Herodianus π. μονήρους λέξεως p. 17 οὐδὲν εἰς τὴν λήγον ὄνομα ὀξυνόμενον καθαρεῖται κατὰ χρῆσιν Ἑλλήνων, ἀλλ' αἰεὶ πρὸ τοῦ ἡ σύμφωνον ἔχει, ὅλον σωλὴν λαιχὴν Κηρὴν αὐχὴν Πειρὴν, καθ' Ἡσιόδου πατὴρ Ἰοῦς. Apollodorus II 1, 3. 'Inachum' Jus patrem solii amyclaei enarrator appellavit Paus. III 18, 13: Ἦρα δὲ ἀφορᾷ πρὸς Ἰῶ τὴν Ἰνάχου βοῶν ὄσαν ἦδη. At incertum quid Bathycles Magnes ipse comperit habuerit.

2) Preller, Mythol.³ II p. 40. Plew (Jahrb. 1870 p. 665 sqq.) quaedam recentiorum de Jone commenta recte refutavit. Quam ipse defendit sententiam improbandam putamus.

3) Cum Plutarcho consentit Eusebius II p. 20 Sch. Idem multa cum Apollodoro II, 1 de Jone et Jus posteris communia habet.

4) Aliter de hac re Pausanias II 17,5: τὸ δὲ ἀρχαιότατον (Ἦρας ἀγαλμα) παρὸν μὲν ἐξ ἀχράδος, ἀνετίθη δὲ ἐς Τίρυνθα ὑπὸ Πειράσου τοῦ Ἄργου, Τίρυνθα δὲ ἀναλόντες Ἄργεῖοι κομίζουσιν ἐς τὸ Ἦρατον.

5) Καλλιθύεσσα masculus respondet plane Θυέστης.

6) Hesych. s. v. Ἰῶ, ubi Ἀθηνᾶς in Ἦρας dudum emendatum est.

7) Gelanor Stheneli filius est apud Paus. II 16,1. Ἑλλάδων, quod est in Apollodori excerpto schol. Ven. A ad A 42, in Γελάων recte emendarunt invito Welckero Aeschyl. Trilogie p. 393. Componimus cum hoc nomine atticum Γελέων-Γελάων.

8) Pelasgus Aeschyleus in epistula Hypermestrae Ovidiana XIV 23 redit.

9) H. D. Mueller II p. 279. Ceterum Ovidius Argum 'Arestoriden' esse voluit Met. I 624 secundum Pherecydem (schol. Eur. Phoen. 1116 = fr. 22 M.), idem 'Hesloideum' Jovis de Jone mendacium novit 615. Utrumque habet Apollodorus: unde mythographum et huic et Ovidio eundem praesto fuisse manifestum est.

10) Lugemus quod de 'Danaide' carmine epico nihil fere sciri potest nisi pugnam Danae filias cum Aegyptiis ad Nilum ostia feliciter commisisse: qua de re nihil neque Aeschylus habet nec ceteri. Fragmentum adscribimus totum ex Clementis Strom. IV 223, quod propter omnia quaedam apud Kinkellum non satis

V.

Narrari hanc Jonis fabulam, ex Euboea in Aegyptum ut diximus traductam, postquam Psammetichus rex septimo saeculo Graecis Asiaticis terram aperuit, coeptam esse recte monuit Kirchoffius (Odys.² p. 330). Et quaerentes, cuius nationis regionisque fuerint, apud quos fabulam carmine comprehensam Hesiodus ille poeta dedit, possumus nonnulla ex indole et argumento huius 'Catalogorum' partis non improbabili coniectare, velut ex Jus per Scythiam ceterasque Ponti partes et gentes septentrionales Hyperboreos Grypes Semicanes alios palatae. Septimo enim et sexto a. Chr. saeculo in Ponticis regionibus soli Jones, Milesii praesertim, paene dominabantur. Accedit genealogia, quam unius hominis certa voluntate compositam esse tabula infra ex eis, quae et Kirchoffius p. 325 sqq. et ego supra exposuimus, descripta comprobatur. Unam rem praemonebimus, quae ad stemmatis radicem spectat sinitque accuratius communem Apollodori et Hygini mythographum qualis fuerit perspicere. Pirenem, ut diximus p. XXX, Jus patrem 'Hesiodus' constanti nomine vocaverat, et Pirenem et Pirantem Apollodorus ex varietate in fonte suo apposita. Hyginus vero in ceteris egregie cum 'Hesiodo' summario conspirans omisso patre Hesiodo 'ex Inacho et Argia' secundum tragicos Jonem natam adnotavit: ut errent gravissime, si qui Hygini fabulas integra esse poetarum argumenta contendunt. Πείρας Apollodori audit Hygino Πείρανθος exemplis qualia sunt Μέλας et Μέλανθος (Herm. 1888 p. 614 GGA 1889 p. 805) stabilitus. Itaque tres varias eiusdem nominis formas in communi mythographo iuxta positas concludimus. Denique initia capitum ad hanc rem pertinentia conferantur:

Φορωνεύς δὲ πάσης τῆς ὕστερον Πελοποννήσου προσγορευθείσης δυναστεύων ἐκ Τηλεδίκης νόμφης Ἄπιν καὶ Νιόβην ἐγέννησεν . . . Νιόβης δὲ καὶ Διός, ἣ πρώτη γυναῖκα Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγός, ἀπ' οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι . . . Ἄργος δὲ λαβὼν τὴν βασιλείαν ἀπ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον ἐκάλεσεν Ἄργος, καὶ γίμνας Εὐάδην τὴν Στρυμόνος καὶ Νεαίρας ἐτέκνωσεν Ἐκβασὸν Πείραντα Ἐπίδραρον Κρίασον ('Tirynthem' schol. Eur. Or. 932 addit), ὃς καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν.

Ex Phoroneo et †Cinna (Teledica ?) nati Apis et Nioba. Hanc Juppiter mortalem primam compressit. Ex ea natus est Argus,


qui suo nomine Argos oppidum cognominavit. Ex Argo et Euadne Criasus Piranthus Ecbasus nati (Cetera desperata).

¹ntelligitur (fr. 1 p. 78 K.): φαῖ δὲ καὶ τὰς Ἀργολικὰς ἡγουμένης αὐτῶν Τηλεσίλλης τῆς ποιητρίας Σπαρτιάτας τοὺς ἀλκίμους τὰ πολέμια φανείσας μόνον τρέφασθαι καὶ ἐκείνας τὸ ἀδελφὸν τοῦ θανάτου περιποιήσασθαι· τὰ δμοια λέγει καὶ ὁ τὴν Δανάδα πεποιηκώς ἐπὶ τῶν Δαναῶν θυγατέρων ὧδε·

καὶ τότε ἄρ' ὠπλίζοντο θυῶς Δαναοὶ θυγατρὲς
πρόσθεν ἑυρρετῶν ποταμῶν Νεῖλοιο ἄνακτος

καὶ τὰ ἐξῆς.

Dubitare nos vix sinit Apollodorus, quin Argus Niobae filius eponymus terrae fuerit 'Hesiodo'. Ergo 'Piren' Jus pater apud eundem filius Argi fuisse nobis videtur. Ecce tabula 'Hesioidea':



Terrarum orbem hoc stemmate genealogus ille quisquis fuit complecti voluit. Patet hoc de Libya. Asiaticarum regionum eponymos multos recepit, velut Phoenicem Cilicem Sarpedonem Lycium. Inter Europae locos Cretam Argos Boeotiam, denique ni fallimur Euboeam Abantis nomine significatam respexit (cf. supra p. XXI). Facit momentum, quod nullam occidentis, ne Italiae quidem nec Siciliae, etsi non modo Chalcidenses sed Phocaei quoque et Rhodii florentissimas colonias illam in partem deduxerant, memoriam (quatenus sciri hodie potest) iniecit. Apparet praeterea quanta hic genealogus fuerit rerum geographicarum cognitione studioque excellens. Geographiae genetricem, Ponti ut diximus reginam, accolarum Aegypti metropolin Miletum cum Creta insuper et continenti quoque Graecia origine arctissime coniunctam quis ignorat? Gravissimam quaestionem eo iam deduximus, ut coniciendi via et rationes satis certo indicatae sint. Videant peritiores: adeo difficile est, quid ipse finxerit hic poeta, quid ex viva fabularum memoria susceperit, exploratu.

V.

Nullam novimus tragoediam, quae res sacras tam pio amore prosequatur. Appulsae Argis puellae *Jovem* Ἀφίπτορα ἰ invocant et Σωτήρα 26 reapse cultum (Paus.

II 20,6), ut Έκβάσιον Apollinem venerabantur Cyziceni (Apollon. I 966), Minervam Έκβασιάν Byzantii (O. Müller Op. II 184), Dianam Έκβατηριάν Siphnii¹⁾ (Hesych. s. v.). Mittimus Jovem Έκέσιον Έκτιον Έκτήρα Αιδοίον Ξένιον. *Jurpriter* Γενήτωρ 192 (γένους παλαιόφρων μέγας τέκτων 577) alibi audit Γενέθλιος (Lobeckii Aglaopham. p. 767). Κτήσιον 427 (Agam. 997) 'possessionis tutorem' vel Lycomidarum gens attica venerabatur Pausan. I 31, 4²⁾, Κλάριον 345 etiam Tegeatae per demos sive κλάρους³⁾ dispersi: quam explicationem videtur ipse proferre Pausanias VIII 53, 9 voluisse τὸ δὲ χωρίον τὸ ὑψηλόν, ἐφ' οὗ καὶ οἱ βωμοὶ Τεγεάταις εἰσὶν οἱ πολλοί, καλεῖται μὲν Διὸς Κλαρίου, δηλαδὲ, ὡς ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις τῷ θεῷ τοῦ κλήρου τῶν παίδων ἔνεκα τῶν Ἀρκάδος: divisisse enim inter se terram Arcadis filios Apollodorus III 9, 1 scripsit. Έφάπτορα 519 (Ἀπήμιον Paus. I 32, 2) et Παιώνιον 560 et 1036, Γαιάοχον Παγκρατῆ 784 significat Aeschylus, quorum hic statim Jovis 'Ἀγαμέμνωνος' Lacedaemonii (Lycophr. 335 cum paraphrasi)⁴⁾ ille Neptuni Amyclaei Γαιαόχου commonefacit. Chori preces 660 καρποτελῆ δὲ τοι Ζεὺς ἐπικραίνετω φέρματι γὰν πανώρη Arati hymnum Phaenomenis praefixum in mentem revocant v. 5 sqq.:

ὁ δ' ἦπιος ἀνδρώποισιν

δεξιὰ σημαίνει· λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
 μιμνήσκων βίότιο· λέγει δ', ὅτε βῶλος ἀρίστη
 βουσί τε καὶ μακέλησι· λέγει δ', ὅτε δεξιαὶ ὥραι
 καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι·
 αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν
 τῷ μιν αἰεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἰλάσκονται.

Denique 1040 chorus δίκαι δίκαις ἐπεσθαι Ξὺν εὐχαῖς ἐμαῖς, λυτηρίους μαχαναῖς θεοῦ παρά cum optat et 'subveniat τὸ πᾶν μάχαρ οὐριος Ζεὺς' 578 precatur, Jovem Μαχανέα adorat et Argis et in Co insula celebrem (Journal of hell. stud. 1888 p. 328), cuius nomen ortum esse ex hac causa Lyceas rettulit apud Pausaniam II 22, 2: πέραν δὲ τοῦ τάφου (Pelasgi) χαλκεῖόν ἐστιν οὐ μέγα, ἀνέχει δὲ αὐτὸ ἀγάλματα ἀρχαῖα Ἀρτέμιδος καὶ Διὸς καὶ Ἀθηνᾶς. Λυκέας μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησε Μηχανέως τὸ ἄγαλμα εἶναι Διὸς, καὶ Ἀργείων ἔφη τοὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας ἐναυθὰ ὁμόσαι παραμένειν πολεμοῦντας, ἔστ' ἂν ἡ τὸ Ἴλιον ἔλωσιν ἢ μαχομένους τελευτῆ σφᾶς ἐπιλάβῃ. Ridiculum est, quod Μηχανέα a μάχεσθαι derivasse Lyceas videtur. Minerva Μαχανίτις nobilis erat Megalopolitanorum dea Paus. VIII 36, 3, Μηχανιώτης Mercurius in hymno Homericō 436 praedicatur. *Apollinem* 201 dixit ἀγνόν, φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν. At cum e caelo fugisset non ἀγνός Apollo erat sed caede Pythonis (nam Πύθιος hic Apollo, Agam. 487) inquinatus. Itaque Ἀγνόν scribendum et pro sacro dei cognomine ut Φοῖβος habendum esse conse-

¹⁾ Inde heros Έκβασος Argivus, filius Argi, explicatur ad oram maritimam spectans cf. v. 742.

²⁾ Δίας Κτήσιοι: Athen. XI 473. Ἀφροδίτην Κτήσουλλαν (Nicander ap. Antonin. Lib. 1) Cei venerabantur, quae cognomine hypocoristico dicitur pro Κτήσια, ut Δίσκος pro Ζεὺς (Lyc. 400) Ἰανίσκος atticus (Paus. II 6,6) pro Ἴων-Ἴαν al. sim.

³⁾ Cf. H. v. Sybel, Entstehung des deutschen Koenigthums p. 7.

⁴⁾ Hesych. s. v. Παγκρατῆς] Ζεὺς· Ἀθηναῖοι.

quitur, velut Ἀγνάν Dianam 127 et Agam. 127 nuncupavit. Apollo Λύκειος 658 memoratus fanum Argis revera habebat (Paus. II 19, 3 Collitz 3288). Diana Ἐκάτη 650, quae γυναικῶν λόγους ἐφορεύει, Ἀδμήτα 131 nominatur: hoc enim verissime contra Buechelerum statuit Wilamowitzius Herm. 1886 p. 609.¹⁾ Eadem est quae Φεραία, templumque Argis cum Thessalorum veneratione arctissime coniunctum possidebat: Paus. II 23, Collitz 3286. Aut fallimur, aut Admeta Junonis Argivae sacerdos fabularis, filia Eurysthei, ex Dianae numine efficta est, ut Tegeae Auga Ἰουλίνα Ἐκαστῆς Ἐκαστῆς in fabularum memoria vocitatur¹⁾. Venus Argis culta (Clemens Protr. p. 32) ita effertur 1004: Κύπριδος οὐκ ἀμελεῖ θεοσμὸς ὅδ' εὐφρων· δύναιται γὰρ Διὸς ἀγχιστα σὺν Ἥρᾳ, item Sol Argis secundum Pausaniam II 18, 3 cultus 199 et Agam. 486. Mercurii epitheton μαστήριος 887 Themidis Ἰγναία; 'investigantis' admonet (Lyc. 129).

VI.

Scripsimus de 'Hesiodi Catalogis' non solum ut poetae consilium et artis quaedam modestia perspiceretur, sed ut eius dialogi partis, quam exordio commentationis tractavimus, locum quendam irreparabili damno laborare patesceret. De Danai et Aegypti Jus posteris ita v. 299 sqq. agitur:

299. Βασ. τίς οὖν ὁ Διὸς πόρτις εὐχεται βόος;

300. Χορ. Ἐπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

302. Χορ. Λιβύη, μεγίστης γῆς (πέδον suppl. Kruse) καρπουμένη.

Βασ. τίς οὖν ἔτι ἄλλον τῆσδε βλαστημόν λέγεις;

Χορ. Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρός.

305. Βασ. τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.

Χορ. Δαναός· ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοντάπαις κτλ.²⁾

Lacunam post v. 300 verissime signavit Porsonus, cum ad responsum interrogationem requireret. Nos versum 303 quo spectet intellegere nequimus. 'Scisne' inquit 'etiam alium huius ipsius, h. e. Libyae Epaphi filiae, prognatum?' Cui officiose chorus 'Belum, Danai patrem' respondet. Ergo quendam Beli ex Libya fratrem iam antea quaerenti idem nominaverat, quo pertineant verba ἔτι ἄλλον τῆσδε βλαστημόν, ut manifestum sit duos versiculos hiante oratione periisse. Bene accidit, quod in stemmate 'Hesiodico' et Apollodorus et Hyginus "Agenorem" gemellum Beli commemoraverunt (supra p. XXVII)²⁾. Quem in textum reducendum esse certa sententia adfirmamus.

Denique Danai cum filiabus conloquium intempestivis coniecturis sollicitatum ratione ac via interpretabimur. Nam cum puellae decore et modeste considerare in colle ad aram iussae se adiutore Jove Natali haec patris praecepta esse exsecuturas

¹⁾ Cum Junone Argiva Admeta Samum translata est (Menodotus Samius apud Athen. XV p. 672) cf. Wilamowitz Eur. Herakles I p. 296.

²⁾ His addendum schol. in Eur. Phoen. 5.

responderint, lentius tamen considant, iterum impulsae occupatis locis praesentem deorum societatem invocare constituunt. Quae ita procedunt:

- Δ. μὴ νῦν σχόλαζε, μηχανῆς δ' ἔστω κράτος. 193
 X. θέλομ' ἂν ἤδη σοι πέλας θρόνους ἔχειν. —
 ὦ Ζεῦ, κόπων οἴκτιρε μὴ ἀπολωλότας. 195
 Δ. ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.
 X. κείνου θέλοντος εὖ τελευτήσει τάδε. —
 Δ. καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκατε.
 X. καλοῦμεν αὐγὰς Ἥλιου σωτηρίου. —
 Δ. Ἄγρον τ' Ἀπόλλω, φυγὰδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν. 200
 X. εἰδῶς ἂν αἴσαν τήνδε συγγοίῃ βροτοῖς.
 Δ. συγγοίτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων. —
 X. τίς οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;
 Δ. ὄρω τρίαιναν τήνδε, σημεῖον θεοῦ.
 X. ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν εὖ τε δεξάσθω χθονί. — 205
 Δ. Ἔρμῆς ἔδ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις.
 X. ἐλευθέροις νῦν ἐσθλά κηρυκεύτω. —

Precari versu demum 195 incipiunt: priora hinc separanda esse, modo spectetur sententia dialogi, dilucidum. Itaque quae de sequentibus v. 195—207 per στιχομυθίαν divisim verissime observamus, nullo facto discrimine quis ad alienum argumentum signata ante v. 195 lacuna Kirchhoffii auctoritatem secutus revocare audebit amplius poeta invito?

P. S. *Ad p. XIV.* Sero carminis saecularis Horatiani meminimus v. 13—18: 'rite maturos aperire partus lenis, Ilithyia, tuere matres — sive tu Lucina probas vocari seu Genitalis — diva, producas subolem patrumque prosperes decreta super iugandis feminis.' Genetyllidem 'Genitalis' loco Bentleyus quamvis subtili et erudita disputatione in textum introducere conaretur, nihilo minus nullius plausum videtur tulisse. Admonuit omnium elegantissimus huius poetae interpres Kiesslingius Dianae λοχείας, poterat accuratius Ἐλειθυίας Γενετείρας (cuius deminutivum Γενετυλλίς) Pindaricae mentionem inicere Nem. VII 1—5: Ἐλείθυια, πάρεδρε Μοιρᾶν βαθυφρόνων, παῖ μεγαλοσθενέος, ἀκουσον, Ἥρας, γενέτειρα τέκνων · ἀνευ σέθεν οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν. Neque enim dicitur hoc loco γενέτειρα τέκνων quod ipsa peperit, sed quod facit ut pariant feminae. Eadem sententia factitiva παιδοτόκους Εἰλειθυίας in oraculo de ludis saecularibus Sibyllino est apud Phlegontem Macrob. 4, 10. Porro verba 'producas subolem' esse volunt interpretes 'suboles partu edita eadem

dea adiutrice laeta capiat incrementa'. Nihil de incrementis, omnia de nascentibus: Ilithyia 'producit', εἰς φῶς προάγει, ex matrum corpore infantes pro Γενετήρας notionē, curat et tuetur matres ut ματροπόλος (Pind. Pyth. III 9).¹⁾ Neque aliter mortales obstetrices vocabantur et ἀναγέτριαι 'productrices' et ἰατροί (supra p. XIV²⁾), ἡ ἰατρούουσα est apud 'Hippocratem' π. γυναικείων VIII p. 144 L. et αἱ ἀκυστρίδες αἱ πάρεσι τῆσι τικτούσῃσι in libro π. σαρκῶν VIII p. 614 L.

Καλλιγένεια dea a Thesmophoriazusis Atheniensibus imploratur v. 295 praeter Cererem Proserpinam alios, τὰ Καλλιγένεια tertius est Thesmophoriorum dies (schol. ad v. 80), quo sacrificare, ut feliciter eniterentur, solebant matresfamilias. Dea igitur efficere ut pulchre parerent credebatur et ipsa gignere pulchre³⁾. Molitur nonnulla intempestive hac de voce lexicographus Hesychii s. v. Καλλιγένειαν] οὐ τὴν Γῆν, ἀλλὰ τὴν Δήμητραν — οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἔφη τὴν Γῆν Καλλιγένειαν — οἱ δὲ (scripsi: μὲν codex) τροφὸν αὐτῆς, οἱ δὲ ἰέριαν, οἱ δὲ ἀκόλουθον. Impugnatur initio Apollodorus Atheniensis in libro περὶ θεῶν (Phot. s. v. Καλλ.] Ἀπολλόδωρος μὲν τὴν Γῆν) at frustra, probantibus Aeschylō fr. 44 N.²⁾ et Callimacho Hymn. in Jov. v. 29. Optime igitur Καλλιγένειαν dicere si quis velit possit Tellurem. Pergit Photius: οἱ δὲ Διὸς καὶ Δήμητρος θυγατέρα, i. e. Proserpinam, Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς τροφόν: Cereris scilicet, quod ex Hesychio patet. Proserpinae nutricem Calligeniam Nonnus VI 140 introduxit. δαίμων περὶ τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἐτέραις Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν schol. Aristoph. Thesm. v. 295 fr. 335 K. Cum his bene copulantur glossae nonnullae Hesychii s. v. Ἐλευθῶ] Εἰλειθυία. καὶ μία τῶν Εἰλειθυϊῶν καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος παρὰ Ταραντίνοις καὶ Συρακοσίοις et Ἐπιλουσαμένη] ἐλευθερία. καὶ μία τῶν Εἰλειθυϊῶν καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος παρὰ Ταραντίνοις καὶ Συρακοσίοις. Falso alterum utrum articulum ob verborum aequalitatem editores proscripsisse perspiciamus, dummodo eandem glossarum syllogam utrique loco subesse posse arbitremur. Cererem igitur Syracusis et Tarenti non solum Ilithyiam, verum etiam 'Liberatricem' vel 'Liberam' solemni Ilithyiae epitheto³⁾ vocatam esse discimus et ex eadem causa glossam Ἐρμιόνη] καὶ ἡ Δημήτηρ καὶ ἡ Κόρη ἐν Συρακούσαις explicamus. Nam Ἐρμιόνη: Ἠπιόνη = *Ἐρμιος: Ἠπιος alia, ἔρμα autem fulcrum est⁴⁾ et ἐρμιῶν ἐρμιόνη 'fulciens'.⁵⁾ Parturientes ut fulcirentur, antiquitus praeceptum erat: unde et ipsa Romanorum 'obstetrix' mihi nomen accepisse videtur. Dubitabamus p. XIX de Proserpina Χειρογονία, utrum a Jove Χειρογόνῳ an

¹⁾ μητροπόλον δὲ τὴν Εἰλειθυϊαν, διὰ τὸ περὶ τὰς μητέρας εἰλεῖσθαι ἢ πολεῖσθαι τῶν γεννωμένων schollon ad h. l. Hesych. s. v. πολεῖν] . . θεραπεύειν.

²⁾ Hesych. s. v. καλλιτόκου] καλῶς τεκούσης, εὐτόκου.

³⁾ Cf. Hippocr. π. ἑπταμήνου (VII p. 442 L.) μετὰ δὲ ταῦτα αἱ τε ὠδίνες εἰσι καὶ οἱ πόνοι ἐπίκεινται, ἔστ' ἂν ἐλευθερωθῇ τοῦ τε παιδίου καὶ τοῦ υστερίου.

⁴⁾ Burtmann Lexilog. I p. 111 — 115.

⁵⁾ Lex. Seguer. V (p. 256 Bekker) Ἐρμιόνη] χωρίον ἄσυλόν ἐστιν ἡ Ἐρμιόνη οὕτω καλούμενον. Phot. s. v. χωρίον ἄσυλον, ἡ πόλις ἡ ἐν Πελοποννήσῳ ἔχουσα ἱερὰ Δήμητρος καὶ Περσεφόνης ἄσυλα. Ceterum Soranus p. 239 sq. de femina 'fulcienti' dicit κατέχειν et διακρατεῖν.

á proprio quodam officio obstetricio denominata esset. Χειρογονίαν si quis cum Ἐρμιόνη-Καλλιγενείᾳ consociaverit alterum cognomen ex altero explicaturus, nec possumus refragari nec volumus. Pergimus de Cerere et Proserpina disserere et nonnullas theologi cuiusdam reliquias conligimus:

Porphyr. De antro Nymph. 18. πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεία ταῖς Ἰδρυάσι Νύμφαις καὶ ἔτι γε μᾶλλον Νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν ἠδονῆς οὐσας ἐργαστικὰς (1)¹). . . καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας (2) Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν (3), αὐτήν τε τὴν Κόρην Ἐμελιτώδη(4), Σελήνην τε οὐσαν γενέσεως προστάτιδα Μελίσσαν ἐκάλουν (5) κτλ.

Schol. Ambros. Theocr. XV 94. Μελιτώδες] Μελιτώδη δὲ τὴν Περσεφόνην κατ' ἀντίφρασιν(4), ὡς καὶ Κόρην, διὰ τὸ τὰς ἑταίρας²) αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος Μελίσσας λέγεσθαι (3). Hesych. s. v. Μελίσσαι] αἱ τῆς Δήμητρος μύστιδες (2)³).

Addendus huic disputatiunculae fortasse erit Hesychius s. v. Μελίαι] Μελίσσαι. Ita enim scribimus quod perperam et editur μελίαι] μέλισσαι et addubatur et de Nymphis fraxineis cogitamus propitiis hominum, infantum praesertim, adiutricibus: ipsum Jovem nutraverunt Δικταῖαι Μελίαι (Callim. Hymn. in Jov. 47).⁴ 'Hoc vocabulum (Μελίσσαι) sive de Pythiis dicitur sive de Cereris et Proserpinae sacerdotibus, non a nomine μέλι sed a verbo μελίσσειν inclinatum esse' post alios recte iudicavit Lobeckius Aglaophami p. 817 sq.: nota μελίσσειν et μελίχιος iuxta μειλίσσειν et μειλίχιος. Est igitur μέλισσα ortum ex μελιχία, sive factitivo sensu sive vulgari sive utroque, et diversum a radice μελιτ: conferantur Εὐμενίδες Diana Ἡμέρα Juppiter Ἥπιος Πιθυῖα Πραθύμητις alia multa. Nymphis aquatilibus τὴν εἰς γένεσιν συνεργίαν Porphyrii auctor § 17 attribuit supra exscriptus, συνεργεῖ γὰρ γενέσει τὸ ὕδωρ. Et opitulabantur Rhae parienti Nymphae et fluviales arcadicae (Neda et Styx)⁵) et arboreae (Philyra) p. XIII, Semelae secundum vas atticum Panticapaei inventum Nympha quaedam aquatilis. De qua pictura longum est Roberti interpretationem emaculare velle Philol. Untersuch. X tab. II p. 179 propositam. Infeliciter ne nunc quidem Hesychius s. v. μητροπόλους] τὰς πάλαι Μελίσσας declaratur, quoniam duae (ni fallimur) rationes explicandi suppetunt. Possis ex

¹) Exstat idem in schol. Od. v 103 ἀλληγορικῶς λέγει . . . Νύμφας τὰς ψυχὰς, τὰς αὐτὰς καὶ Μελίσσας κτλ. Cf. Diltheyi Analecta Callimachea p. 35 sq.

²) ἱερείας falso novavit, etsi est in schol. Pind. Pyth. IV 104, Ziegler: cf. Hesych. s. v. Καλλιγένεια (supra p. XXXVI) et notum illum versiculum Φαλῆς ἑταῖρα Βακχίου alia.

³) Callim. Hymn. in Apoll. 110 Διοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μελίσσαι.

⁴) Dicitur Idae et Adrasteae pater Melisseus (Parmeniscus apud Hyg. Astr. II 13 Fab. 182 p. 35 Schm. Apollodorus I 1,6). — Juppiter Μελισσαῖος (Hesych. s. v.) a μέλισσα abstracto (= ἠπέτης) videtur derivatus, ut sit idem ac μειλίχιος.

⁵) Lepidam emendatiunculam in Hesychium s. v. Ναϊάδες ἢ Ναϊδες] Νύμφαι ὕδατι αἱ πηγαὶ inferimus: Νύμφαι ὕδαται πηγαί(αι) restituas et Porphyrium l. l. 13 (Νύμφαι) ναμάτων τε καὶ πηγῶν προστάσαι πηγαῖαι τε καὶ Ναϊδες διὰ τοῦτο κέκληται alios conferas.

Pindari loco antea p. XXXVI allato *ματροπόλος* 'matrem curans' interpretari et ad levandum partum referre, possis — ut fere fit — Matris Magnae socias vel sacerdotes subintellegere duce Lactantio Instit. I 22,19: 'Didymus in libris *Ἐξηγήσεως Πινδαρικής* ait, Melissea Cretensium regem primum diis sacrificasse ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias Amaltheam et Melissam, quae Jovem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. Unde poetica illa fabula originem sumpsit, advolasse apes atque os pueri melle complesse. Melissam vero a patre primam sacerdotem Matri Magnae constitutam: unde adhuc eiusdem Matris antistites Melissae nuncupantur.' Cogitabile utrumque. In dubitatione desinimus.

Ad p. X. Jovis *Λεχεάτου* aram Alipheraei Arcades posuerant *ἄτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν τεκόντος* (Paus. VIII 26,6), quemadmodum *Λεχώ*, Spartanorum dea obstetrix IGA 52, esse dicitur *προσφάτως τετοκυῖα* (Hes.). Addita factitiva notione Jovem *Λεχεάτην* obstitorem, 'Nixum patrem', cuius memoria hac commentatione resuscitata est, intellegimus. Nominis forma a * *λεχεία* ut *Τεγεάτης* a *Τεγέα Μαλεάτης* a *Μάλεια* derivanda. * *λεχεία* : *λοχεία* = *Πρωτογένεια* : *Πρωτογόνη* h. e. 'primitiarum pariendarum effectrix', Proserpina Paus. I 31,4.

Ad p. XXI. Huc pertinet historiola paraphrasi Lycophronis servata ad v. 835: *φασὶ δέ, ὅτι ἐν Αἰθιοπία Ἑρμοῦ φυλάττων κατὰ βούλησιν τοῦ Διὸς τὴν Ἴώ, ἵνα μὴ βλαβῆ ὑπὸ τῆς Ἥρας, καὶ διψήσας ἐλάκτισε τὴν γῆν· καὶ ἀνέδωκεν ὕδωρ· ἔθεν καὶ Ἑρμοῦ πτέρνα καλεῖται.* Euboeae haec 'Aethiopia' sita erat: Braurone Atticae 'Aethiopiam' O. Muellerus (Dor. I² p. 384) non recte locavit. Nam quod per Antipatrum AP VII 705 Amphipolitanorum templum Dianae *Ἀἰθιοπίας Βραυρωνίδος* inclaruit, cumulata haec cognomina ex Alexandrinorum poetarum consuetudine percommode explicari posse contendimus.

Gryphiae, Idibus Martiis 1890.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

D. H. CREMER, P. P. O., H. A. DEC.

I) Publice 1) seminarii dogmatici exercitationes moderari perget die Mart. hor. VI et VII; 2) instituti theologici practici studiis homileticis praeerit die Ven. hor. VI et VII. — II) Privatim 1) theologiae dogmaticae partem alteram tradet sexiens per hebd. hor. XI; 2) ethicen christianam docebit sexiens per hebd. hor. X.

D. O. ZÖCKLER, P. P. O.

I) Publice 1) seminarii theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur die Lun. hor. VI et VII; 2) carminum sacrorum ecclesiae evangelicae historiam tradet die Merc. hor. VIII. — II) Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem priorem sive vetustioris ecclesiae historiam usque ad initium saeculi IX tradet sexiens p. h. hor. IX; 2) apologeticen christianam docebit quater p. h. hor. VIII.

D. V. SCHULTZE, P. P. O.

I) Publice 1) Exercitationes moderabitur societatis historico-ecclesiasticae hor. def.; 2. historiam narrabit ecclesiae romano-catholicae huius temporis die Merc. hora VI. — II) Privatim historiam dogmatum christianorum tradet quinquiens hor. IX.

D. A. SCHLATTER, P. P. O.

I) Publice 1) Qua via scriptura sacra nobis intellegenda sit, docebit die Sat. hora VIII; 2) in seminario exercitationes sodalium ad exegesin N. Testamenti spectantes moderabitur die Iovis hor. VI et VII. — II) Privatim 1) Introductionem in N. Testamenti libros tradet quinquiens per hebd. hora V; 2) Evangelia quae dicuntur synoptica interpretabitur quinquiens per hebd. hora IV.

D. M. DE NATHUSIUS, P. P. O.

I) Publice 1) Seminarii catechetici exercitationes in instituto theologico practico moderabitur die Iov. hor. VI et VII; 2) 'proseminarii homiletici die Lun. hor. VI et VII; 3) exercitationes theologico-pastorales et liturgicas die Merc. hor. VI et VII; 4) quibus modis evangelium ethnicis praedicandum sit docebit die Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) Theologiam homileticam, catechetica, liturgicam tractabit quinquens per hebd. hor. XII; 2) de ecclesia motus sociales adiuvanti aget quater per hebd. hor. IV.

D. F. BAETHGEN, P. P. O.

I) Publice Seminarii theologici exercitationes ad exegesis V. T. spectantes moderabitur d. Merc. h. VI et VII. — II) Privatim 1) Theologiam Vet. Test. tradet quater p. h. hor. III; 2) Librum Isaiae prophetae interpretabitur quinquens p. h. hor. XII. — III) Privatissime et gratis Tractatum misnicum Pirge Aboth dictum interpretabitur semel p. h. hor. def.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARIUM.

LIC. DR. F. GIESEBRECHT, P. P. E.

I) Publice Exercitationibus ad linguam Hebraeam spectantibus praesse perget d. Martis h. VI et VII. — II) Privatim Introductionem in Veteris Testamenti libros tradet quinquens per hebd. h. XI.

3) PRIVATIM DOCENTIS.

LIC. IOH. DALMER, PRIV. DOC.

I) Publice Exercitationes ad interpretationem Novi Testamenti spectantes moderabitur d. Iov. h. VI et VII. — II) Privatim Epistulas Pauli ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses scriptas interpretabitur, quater p. h. hor. XI.

II. SCHOLAE IURECONTULTORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. C. F. W. H. HAEBERLIN, P. P. O. DEC.

I) Publice exercitationes de iure criminali instituet die Sat. hor. XI. — II) Privatim ius criminale quinquens p. h. docebit hor. XI.

D. DR. E. R. BIERLING, P. P. O.

I) Publice exercitationes iuris ecclesiastici exegeticas instituet semel p. h. hor. XII. — II) Privatim ius ecclesiasticum Evangelicorum et Catholicorum tradet quater p. h. hor. XII.

DR. G. PESCATORE, P. P. O.

I) Privatissime sed gratis in Seminario iuridico Gai institutionum lib. IV interpretandum proponet semel p. h. hor. XII.; — II) Privatim 1) pandectarum partem alteram tradet quater p. h. hor. XI.; 2) Processus civilis imperii Germanici partem primam docebit quater p. h. hor. XII.; 3) conversatorium iuris pandectarum instituet die Iov. hor. V—VII.

DR. I. W. LEWIS, P. P. O.

I) Publice in seminario iuridico veteres fontes iuris Germanici interpretandos proponet die Mart. hor. V. — II) Privatim 1) historiam imperii et iuris Germanici enarrabit quater p. h. hor. IX; 2) ius commerciale, maritimum, cambiale docebit quater p. h. hor. X; 3) conversatorium de iure Germanico privato instituet die Merc. hor. V et VI.

DR. I. WEISMANN, P. P. O.

I) Privatim 1) processum criminalem docebit, quater p. h. hor. IV; 2) concursum creditorum tractabit semel p. h. hor. XI et XII; 3) conversatorium et practicum processus civilis semel p. h. hor. IV et V habebit; 4) conversatorium et practicum iuris et processus criminalis instituet, semel p. h. hor. IV et V. — II) Privatissime sed gratis in seminario exercitationes iuridicas moderabitur h. def.

DR. F. STOERK, P. P. O.

I) Publice isagogen iuris publici tradet semel p. h. hor. X. — II) Privatim 1) ius publicum Germanicum ter p. h. hor. IX; 2) ius administrationis Borussicae nec non Germanicae item ter p. h. hor. IX; 3) conversatorium et examinatorium de iure publico, de iure administrationis necnon de iure quod est inter gentes instituet die Sat. hor. III et IV.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARI.

DR. E. STAMPE, P. P. E.

I) Publice in seminario iuridico de summae imperii Germanici curiae sententiis quibusdam disputabit, die Sat. hor. IX. — II) Privatim 1) pandectarum

primam partem tradet die Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X; 2) Institutiones et historiam iuris Romani exponet die Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. IX, die Merc. Sat. hor. X,

3) PRIVATIM DOCENTIS.

PROF. DR. R. MEDEM, PRIV. DOC.

I) Privatim docebit ius gentium ter p. h. — II) Publice de duello disseret semel p. h.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

I) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. P. GRAWITZ, P. P. O. DEC.

I) Publice de ossium morbis disseret die Mart. hor. VI. — II) Privatim 1) pathologiam et therapiam generalem adiuncturus anatomiam pathologicam generalem tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. V; 2) cursum anatomiae pathologicae practicum instituet dieb. Mart. et Ven. hor. XII, dieb. Merc. et Sat. hor. VIII et IX.

DR. H. C. A. PERNICE, P. P. O.

I) Publice morborum mulierum part. I. tradet dieb. Lun. hor. IV. — II) Privatim 1) exercitationes clinicas et policlinicas gynaecol. moderabitur dieb. Lun. Merc. Sat. hor. XII, ceter. dieb. hor. VIII.

DR. C. F. MOSLER, P. P. O.

I) Publice relationes policlinicas moderabitur die Iov. hor. VI. — II) Privatim 1) de diagnostice physica una cum Dr. Peiper aget quater p. h.; 2) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. IX usque ad hor. X et dimid., reliquis dieb. inde ab hor. X usque ad hor. XI.

DR. L. LANDOIS, P. P. O.

I) Publice exercitationes et physiologicas et histologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis eruditi sunt, moderabitur hor. def. — II) Privatim 1) physiologiae experimentalis partem alteram docebit cotidie hor. XII; 2) practicum physiologicum demonstrationes in instituto instituendas adiecturus moderabitur sexiens hor. def.

DR. R. SCHIRMER, P. P. O.

I) Publice de vitiis oculorum opticis disseret die Lun. hor. III. — II) Privatim 1) exercitationibus ophthalmoscopicis praeerit dieb. Iov. et Ven. hor. V; 2) exercitationes clinicas ophthalmiatricas instituet dieb. Merc. et Sat hor. III hominesque oculorum morbis affectos extraneos monstrabit cotidie hor. XII.

DR. HUGO SCHULZ, P. P. O.

I) Publice exercitationes pharmacologicas commilitonum iamiam eruditiorum moderabitur cotidie. — II) Privatim 1) pharmacologiae partem alteram tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. IV; 2) practicum therapeuticum habebit dieb. Lun. et Iov. hor. VIII; 3) toxicologiae capita tradet selecta die Veneris hor. IV.

DR. F. SOMMER, P. P. O.

I) Publice capita selecta anatomiae corporis humani tractabit die Ven. hor. IX. — II) Privatim 1) anatomiae systematicae corp. hum. partem primam tradet quater p. hebd. hor. IX; 2) exercitationes anatomicas moderabitur sexiens hor. X. XI. II. III.

DR. H. HELFERICH, P. P. O.

I) Publice disputationes chirurgicas instituet die Ven. hor. VI. — II) Privatim 1) exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. X et dimid., reliquis diebus ab hor. XI usque ad hor. XII; 2) de chirurgia generali disseret dieb. Mart. et Iov. hor. III, dieb. Ven. et Sat. hor. IV.

DR. F. LOEFFLER, P. P. O.

I) Publice exercitationes et hygienicas et bacteriologicas eorum commilitonum, qui harum rerum peritiores sunt, moderabitur cotidie. — II) Privatim 1) hygienicas partem priorem tradet diebus. Mart. Iov. Ven. hor. III; 2) practicum hygienicum necnon bacteriologicum moderabitur ter. p. h. hor. def.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

DR. C. EICHSTEDT, P. P. O.

I) Publice de morbis syphiliticis demonstrationes practicas additurus disseret diebus Lun. et Iov. hor. II. — II) Privatim de morbis cutaneis item demonstrationes practicas adiuncturus aget dieb. Mart. et Ven. hor. II.

DR. RUDOLF ARNDT P. P. E.

I) Publice tractabit 1) selecta capita psychiatriae forensis d. Sat. hor. V; 2) selecta capita anthropologiae generalis d. Merc. et Saturn h. IV. — II) Privatim docebit psychiatriam generalem et specialem demonstrationibus illustratam d. Lun. Mart. Iov. hor. IV.

DR. PAUL KRABLER, P. P. E.

Privatim paediatricen docebit, demonstrationes practicas adjuncturus dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

DR. BERNHARD SOLGER, P. P. E.

I) Publice de anatomia organorum sensuum disseret die Sat. hor. IX. — II) Privatim histologiam tractabit dieb. Lun. Mart. Merc. hor. IV.

DR. F. DE PREUSCHEN, P. P. E.

Privatim 1) theoriam artis obstetriciae tractabit dieb. Lun. Merc. Iov. hor. II; 2) diagnosticen gynaecologicam docebit Mart. hor. II.

DR. O. BEUMER, P. P. E.

I) Publice de quaestionum modo medicinae forensis aget semel per hebd. — II) Privatim de medicina forensi aget ter p. h. hor. def.

DR. P. STRUEBING P. P. E.

I) Publice homines narium et laryngis morbis affectos extraneos monstrabit dieb. Lun. Iov. Sat. hor. XII. — II) Privatim pathologiae et therapiae specialis partem priorem tradet dieb. Lun. Merc. Ven. Sat. hor. VI.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

DR. A. BENGELSDORFF, PRIV. DOC.

Propter valetudinis infirmitatem a scholis vacabit.

DR. E. PEIPER, PRIV. DOC.

Privatim 1) Selecta capita morborum nervorum tractabit demonstrationes practicas additurus diebus Lun. hor. III, Iov. hor. IV; 2) De morbis contagiosis disseret die Sat. hor. V.

DR. EG. HOFFMANN, PRIV. DOC.

Privatim cursum otiatricum moderabitur dieb. Lur. hor. V. Merc. Sat. hor. IV. Privatim cursum chirurgicum propaedeuticum moderabitur bis p. hor. def.

DR. E. BALLOWITZ, PRIV. DOC.

Privatim 1) Osteologiam et Syndesmologiam docebit diebus Lun. Mart hor. V.; 2) De viscerum in corpore humano situ disseret diebus Iov. et Ven. hor. V.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIOBUM.

DR. A. OBERBECK, P. P. O., DEC.

I) Publice capita selecta electricitatis experimentis illustrabit die Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) Theoriam mathematicam electricitatis et magnetismi docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) exercitationes physicas instituet binis et senis horis definiendis.

DR. A. H. BAIER, P. P. O.

I) Publice isagogen philosophicam docebit die Merc. hor. XII. — II) Privatim historiam philosophiae recentioris inde a Kantii temporibus enarrabit quater p. h. hor. XII. — III) Privatissime et gratis exercitationes de philosophia Kantiana moderabitur semel p. h. die Sat. hor. V.

DR. H. LIMPRICHT, P. P. O.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) chemiae partem secundam tradet sexiens p. h. hor. VIII.; 2) praxin chemicam una cum professore SCHWANERT instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

DR. GUIL. AHLWARDT, P. P. O.

I) Publice grammaticam linguae arabicae docebit bis p. h. — II) Privatim 1) opus turcicum XL wezir inscriptum tractabit bis p. h.; 2) selecta diwani Hodsalici poemata interpretabitur ter p. hebd.

DR. F. F. C. E. SUSEMIHL, P. P. O.

I) Publice rhythmicam Graecam tradet et exercitationibus metricis praeerit dieb. Merc. et Sat. hor XII. — II) Privatim historiam philosophiae an-

tiquae docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. V. — III) Privatissime sed gratis Theaetetus Platonis dialogum commilitonibus interpretandum proponet bis p. h. hor. def.

DR. A. PREUNER, P. P. O.

I) Publice 1) de artibus earumque historia disseret atque artium monumentorum exempla selecta explicabit semel p. h. hor. def.; 2) exercitationes archaeologicas moderabitur die Sat. hor. IV. — II) Privatim 1) fabulas Graecas explicabit atque historiam religionum antiquarum breviter enarrabit ter p. h. hor. def.

DR. GUIL. SCHUPPE, P. P. O.

I) Publice exercitationes philosophicas (ad practicam philosophiam spectantes) moderabitur die Merc. hor. V. — II) Privatim 1) historiam philosophiae recentioris (inde a Cartesio enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. V.; 2) philosophiam iuris docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

DR. H. ULMANN, P. P. O.

I) Publice in seminario historico exercitationes historico-criticas instituet die Merc. hor. VIII et IX. — II) Privatim 1) Rerum Germanicarum seriem inde a primordiis usque ad nostram aetatem explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.; 2) de fontibus historiae saecul. XV et XVI. disseret die Saturni hor. XII.

DR. GUIL. THOMÉ, P. P. O.

I) Publice seminarii mathematici exercitationes moderabitur die Merc. hora X et XI. — II) Privatim 1) theoriam functionum analyticarum, praecipue ellipticarum docebit dieb. Lun. et Iov. hor. X et XI; 2) theoriam et applicationes functionis potentialis exponet dieb. Mart. et Ven. hor. X et XI.

DR. HUGO SCHWANERT, P. P. O.

I) Publice 1) capita selecta chemiae technicae tractabit die Sat. hor. XI; 2) colloquia de rebus chemicis pharmaceuticis habebit diebus Iov. et Ven. hor. IV et V. — II) Privatim 1) pharmaciae partem priorem exponet diebus Lun. Mart. Merc. Iov. hor. III; 2) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. III; 3) praxin chemicam una cum professore LIMPRICHT instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

A. GERSTAECKER, P. P. O.

I) Publice Ichthyologiam tractabit d. Ven. hor. XI. — II) Privatim animalium morphologiam generalem et anatomen comparatam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. XI.

DR. AL. REIFFERSCHIED, P. P. O.

I) Publice 1) in proseminario germanico exercitationes de re metrica Germanorum instituet et carmina selecta Klopstockii, Goethei, Schilleri et Uhlandi leget semel p. h. die Merc. h. V et VI.; 2) in seminario germanico Taciti Germaniam tractare perget et Wolframi carmina quibus Titur el inscribitur leget semel p. h. die Ven. h. V et VI. — II) Privatim etymologiam et syntaxin germanicam docebit quater p. h. h. XI.

DR. E. KOSCHWITZ, P. P. O.

Commeatu impetrato scholas non habebit vicario substituto Dre. SCHWAN, privatim docente Berolinensi.

DR. H. ZIMMER, P. P. O.

I) Publice 1) de nonnullis grammaticae comparatae quaestionibus disseret die Merc. hor. XII; 2) litterarum Indicarum capita selecta tractabit die Sat. hor. XII. — II) Privatim hymnos Rigvedae interpretabitur dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII. — III) Privatissime sed gratis textus selectos e chrestomathia Boehtlingkiana commilitonibus interpretandos proponet bis p. h. hor. def.

DR. FR. SCHMITZ, P. P. O.

I) Publice plantas thallophyticas tractabit die Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) botanice systematicam docebit dieb. Mart. et Ven. hor. IX, die Merc. hor. XII; 2) exercitationes botanicas microscopicas instituet dieb. Merc. et Sat. hor. II et III. — III) Privatissime in musei botanici laboratorio operaturis aderit cotidie.

DR. E. COHEN, P. P. O.

I) Publice petrographiae partem alteram docebit semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) mineralogiam tractabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. IX. additurus exercitationes mineralogicas die Sat. inde ab hor. IX. et X.; 2) mineralogiae peritorum exercitationes moderabitur semel p. h. binis hor. def. — III) Privatissime in instituto mineralogico operaturis aderit quotidie.

DR. B. MINNIGERODE, P. P. O.

I) Publice exercitationes in seminario mathematico die Sat. hor. X^{1/2} — XII moderabitur. — II) Privatim 1) calculi differentialis et integralis partem

alteram docebit quater p. h. hor. IX.; 2) geometriam analyticam plani exponet quater p. h. hor. X.

DR. O. SEECK, P. P. O.

I) Publice in seminario historico inscriptiones latinas interpretandas proponet die Lun. hor. VI et VII. — II) Privatim 1) De fontibus historiae Romanae disputabit die Mart. Iov. Ven. hor. IV.; 2) Historiam Romanam in epitomen redactam enarrabit die Merc. et Sat. hor. XII.

DR. E. MAASS, P. P. O.

I) Publice 1) in seminario philologico Callimachi in Cererem hymnum interpretandum proponet horis consuetis; 2) De Olympiae rebus semel p. h. disputabit. II) Privatim de studiorum in oratores Atticos conferendorum ratione ac via disseret, deinde Demosthenis de corona orationem explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX.

DR. I. REHMKE, P. P. O.

I) Publice philosophiam nostri aevi narrabit dieb. Mart. et Ven. hor. VI. — II) Privatim logicam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X. — III) Privatissime exercitationes ad psychologiam pertinentes moderabitur hor. def.

DR. E. BERNHEIM, P. P. O.

I) Publice in seminario historico rem diplomaticam tractabit die Sat. hor. VIII. — II) Privatim potiores quae formam civitatum mediaevalium constituunt leges illustrabit ter p. h. hor. VIII.

DR. E. STRUCK, P. P. O.

I) Publice de vehiculis et praecipue de viis ferratis disseret die Merc. hor. IV. — II) Privatim de redditibus et expensis rei publicae disseret dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X. — III) Privatissime sed gratis exercitationes ad oeconomicen nationalem spectantes moderabitur semel p. h. hor. def.

DR. F. MARX, P. P. O.

I) Publice in seminario philologico scriptoris ad Herennium librum II perget tractare. — II) Privatim Plauti Rudentem fabulam interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

DR. M. SCHOLZ, P. P. O.

I) Publice elementa geologiae praecipue geographiae studiosos docebit semel p. h. hor. definienda. — II) Privatim 1) geologiam tradet dieb. Mart,

Merc. Jov. hor. XI; 2) geognosiam partis Germaniae septentrionalis planae docebit die Ven. hor. XI.

DR. C. Th. PYL, P. P. E.

I) Publice de antiquitatibus Pomeraniae, necnon de historia ecclesiarum scholarumque Gryphiswaldensium disputationes moderabitur bis p. h. hor. XI. — II) Privatim historiam monasterii Hildensis tradet bis p. h. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis disputationes de artibus medii recentiorisque aevi secundum monumenta moderabitur bis p. h. hor. XI.

DR. R. CREDNER, P. P. E.

I) Publice exercitationes geographicas moderabitur hor. def. — II) Privatim 1) geographiam Asiae tractabit bis p. h. hor. V; 2) morphologiam generalem terrae docebit ter p. h. hor. V.

DR. M. KONRATH, P. P. E.

I) Publice in seminario Anglico exercitationes instituet die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim carmen de Beowulfo Anglosaxonicum interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. V.

DR. GUIL. HOLTZ, P. P. E.

I) Publice 1) physicen cosmicam docebit dieb. Lun. Iov. hor. VI; 2) mensuras physicales, supplementum physices experimentalis, tradet die Ven. hor. II. — II) Privatim physices experimentalis partem primam tractabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

DR. P. PIETSCH, P. P. E.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

DR. C. KESSLER, P. P. E.

I) Publice 1) exercitationes Arabicas moderabitur semel p. h.; 2) libellum mischnicum cui Iômâ inscribitur brevi introductione in Iudaeorum litteras praemissa interpretabitur bis p. h. — II) Privatim 1) librum Iobi explicabit ternis p. h. scholis; 2) linguam Aethiopicam docebit binis p. h. scholis.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

DR. H. MOELLER, PRIV. DOC.

Privatim pharmacognosiam docebit diebus Mart. et Ven. hor. II,

DR. G. MUELLER, PRIV. DOC.

I) Publice de animalibus, quae nomine utuntur parasitorum, disseret semel p. hebd. hor. def. — II) Privatim entomologiae elementa docebit bis p. h. hor. def.

DR. G. DEECKE, PRIV. DOC.

I) Publice Scandinaviae paeninsulae geologiam exponet semel p. h. Iov. hor. III. — II) Privatim palaeontologiae elementa docebit Mart. et Ven. hor. III.

DR. R. SCHMITT, PRIV. DOC.

I) Privatissime sed gratis exercitationes historicas moderabitur die Merc. hor. IV. — II) Privatim res a Germanis annis MDCXVIII—MDCXLVIII gestas explicabit bis p. h. hor. def.

DR. F. W. SEMMLER, PRIV. DOC.

I) Publice 1) de alcaloïdibus disseret die Lun. hor. IV; 2) de illa chemiae parte, quae nominatur „Benzolderivate“ die Iov. hor. IV. II) Privatim chemiam forensem docebit dieb. Mart. et Merc. hor. IV.

GUILELMUS SCHULZE, PRIV. DOC.

I) Publice in proseminario philologico interpretandum proponet Quintiliani institutionis oratoriae librum X die Iov. horis III et IV. — II) Privatim grammaticae latinae elementa explicabit diebus Lun. Mart. Ven. hor. IV.

DR. TH. SIEBS, PRIV. DOC.

Privatim 1) Elementa linguae Theodiscae saeculi XII et XIII docebit, exercitationes in interpretandis carminibus eiusdem temporis instituet dieb. Lun. Merc. Iov. hor. IX. 2) De originibus verborum Theodiscorum disseret die Sat. hor. XII.

DR. SCHWAN, PRIV. DOC. BEROLINENSIS.

I) Publice 1) de dialectis Francogallicis antiquis die Ven. hor. IX disseret; 2) seminario Francogallico praeerit die Sat. hor. XI et XII. — II) Privatim 1) monumenta linguae provincialis explicabit bis p. h.; 2) grammaticae Francogallicae historiam persecuturus de elementis formisque disputabit quater hor. IX.

ARTIUM MAGISTRI.

DR. W. FRANZ, LECTOR. I) Publice carmina selecta Th. Moori interpretabitur bis per hebdom. hor. def. — II) Privatim exercitationes ad rudimenta grammaticae anglicae spectantes moderabitur bis per hebdom. hor. def.

G. BEMMANN, CONCENT. MUSIC. DIRECTOR. Publice de universa doctrina rtias musicae disseret bis p. h. hor. def.

O. DRÖNEWOLF, CONCENT. MUSIC. DIRECTOR. Publice 1) de cantu ecclesiastico disseret bis p. h. hor. def.; 2) artem componendi docebit bis p. h. hor. def.

v. DEWITZ, Publice 1) artem delineandi et pingendi docebit binis p. h. horis; 2) studiosos medicos adjuvabit in arte ossa, musculos praeparata proiciendi.

H. RANGE, 1) exercitationes gymnicas moderabitur hor. def.; 2) artem rudibus batuendi docebit hor. def.

P. WIECK, Saltandi exercitationes moderabitur hor. def.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt Prof. GILBERT, Dr. MUELDENER, Dr. BABAD, Dr. ALTMANN Custodes, assistente STEINHAUSEN Dre, dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI—I, dieb. Merc. et Sat. hor. II—IV studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores ZOECKLER LANDOIS LIMPRICHT ZIMMER PESCATORE.

Seminari theologici exercitationes reguntur ab ORDINE THEOLOGORUM.

Societatis homiletico-catecheticae studia moderatur CREMER Prof. et DE NATHUSIUS Prof.

Seminarium iuridicum moderantur PESCATORE Prof., LEWIS Prof., WEISMANN Prof., STAMPE, Prof.

Theatrum anatomicum administrat SOMMER Prof., I. prosectore SOLGER Prof., II. prosectore BALLOWITZ Dre., adiutore DEICHMANN Dre.

Museo anatomico praepositus est SOMMER Prof., I. prosectore SOLGER Prof., II. prosectore BALLOWITZ Dre., adiutoribus DEICHMANN Dre.

Instituto physiologico praepositus est LANDOIS Prof., adiutore WESTHOFF Dre.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est GRAWITZ Prof., adiutore A. KRUSE Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est GRAWITZ Prof., adiutore KRUSE Dre.

Instituto pharmakologico praepositus est SCHULZ Prof., adiutore BACKHAUS Dre.

Instituto hygienico provisorio praepositus est LOEFFLER Prof.

Nosocomio Universitatis praesunt MOSLER Prof. et HELFERICH Prof. — administr. BRANDNER. — assist. BUCHHOLTZ Dre., LENSCHOW Dre., COLLEY Dre. et PUMPLUN Dre.

Instituto clinici medici curam habet MOSLER Prof., assistente PEIPER Dre., adiutore NIESEL Dre.

Instituto clinici chirurgici curam habet HELFERICH Prof., assistente HOFFMANN Dre. et BERNDT Dre.

Instituto ophthalmiatrici curam habet SCHIRMER Prof., assistente STOEWER Dre.

Instituto obstetricii curam habet PERNICE Prof., assistentibus POGGENDORFF Dre. et A. SCHMIDT Dre., adiutore BARTHAUER.

Instituto clinico psychiatrico praeest ARNDT Prof., adiutore HAEUSSER.

Institutum physicum moderatur OBERBECK Prof., assistente EDLER Dre.

Seminari mathematici exercitationes moderantur THOMÉ Prof. et MINNIGERODE Prof.

Instrumenta astronomica custodit OBERBECK Prof.

Museo zoologico praeest GERSTAECKER Prof.

Museo botanico praepositus est SCHMITZ Prof., assistente HOLTZ.

Hortum botanicum curant SCHMITZ Prof., GOEZE Dr. inspector.

Museo mineralogico praepositus est COHEN Prof., assistente W. DEECKE Dre.

Institutum chemicum moderantur LIMPRICHT Prof. et SCHWANERT Prof., adiutoribus SEMMLER Dre., NEUMANN Dre., DIERBACH.

Seminarium philologicum moderantur MAASS Prof. et MARX Prof.

Seminarium Germanicum moderatur REIFFERSCHIED Prof.

Seminarium Anglico-Romanense moderantur KOSCHWITZ Prof. (vicario per hoc semestre substituto Dre. SCHWAN priv. doc. Berolinensi) et KONRATH Prof.

Seminarium historicum moderantur ULMANN Prof., SEECK Prof., BERNHEIM Prof.

Gypsothecae et antiquitatum museo praeest PREUNER Prof.

Museo antiquitatum Pomeraniae praeest PYL Prof.

Apparatus geographico praeest CREDNER Prof.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VIII.	Apolog. christ. quater. Carmin. sacr. hist. semel. De script. sacr. in- tell. semel.		Curs. anat. path., bis. Practic.therapeut., bis. Exerc. clin. gynaecol., ter.	Chem. p. II., sexiens. Semin. hist., semel. Leges aetatis mediae Rem diplom., semel.
IX.	Hist. eccl. sexiens. Hist. dogm. quinqu.	Institutiones iur. Rom. quinquiens. Hist. imp. et iur. Germ. quater. Ius publ. Germ. et Bor. ter. Ius admin. Germ. et Bor. ter. Semin. disput. de sum. imper. De Germ. curia judi- ciis semel.	Anat. corp. hum., quat. Cap. sel. anat., ser-el. Anat. organ. sensuum, semel. Curs. anat. path., bis. Techn. microscop., semel. Diagnost. phys., bis. Exercit. clin. med., quater.	Mineral., quinq. Mineral.exercit., semel. Bot. system., bis. Calc. diff. et integr. p. II., quater. Semin. hist., semel. Lingua theod., ter. Orator. attic., quater. Dialect. Francogall., semel. Gramm. Francogall., ter.
X.	Ethic. christ. sexi- ens.	Instit. iur. Rom. semel. Pandect. quater. Ius commerc. qua- ter. Introd. in iur. publ. semel.	Exercit. anat., sexiens. Exercit. clin. medic., sexiens. Exercit. clin. chirurg. quater.	Miner. exerc., semel. Logic. quater. Funct. analyt., bis. Funct. Potent., bis. Semin. mathem., semel. Geom. analyt., quater. Reditus et expensa, quater. Sem. philol., semel. Sem. Angl., semel. Carmen Beowulf, quat. Plauti Rud. fab., quater.
XI.	Introd. in V. T. quingu. Pauli ad Gal., Eph., Phil., Col. quater.	Pandect. quater. Ius. crim. quinqu- iens. Exercit. crim. sem.	Exercit. anat., sexiens. Exercit. clin. chirurg., sexiens.	Funct. analyt., bis. Funct. Potent., bis. Sem. mathem., semel. Chem. techn., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XI.	Theol. dogm. sexiens.	Concurs. debit. semel.		Ichthyol., semel. Animal. morphol., quater. Geolog., ter. Geogn. Germ. sept., semel. Semin. philol., semel. Semin. Angl., semel. Etymol. et syntax. Germ., quater. De antiq. Pomm. bis. Exerc. sem. romanens., semel. Hist. monaster. Hild., bis. Disput. de artib., bis.
XII.	Iesaj. quinqu. Theol. homilet. cet. quinqu. De ev. ethnicis praed. semel.	Ius. eccles. quater. Philosoph. iur. quater. Process. civil. quater. Concurs. debit. semel. Exercit. iur. eccles. exeget. semel. Semin. iurid. interpret. Gaic. iuct. lib. IV. semel.	Physiol. exper. p. I., sexiens. Curs. anat. path., bis. Exercit. clin. gynaecol., ter. Exercit. policl. ophthalm., sexiens. Policl. paediatr., ter. Policl. laryngol. et nas., ter.	De electricitate, bis. Theor. math. electric., quater. Phys. exp. p. I., quater. Hist. philos. recent., quater. Isag. philos., semel. Bot. system., semel. Plant. thalloph., semel. Hist. roman. bis. Hist. German., quater. Fontis histor., semel. Gramm. comp., semel. Hymn. Rig. v., ter. Origines. theod., semel. Philos. juris, quater. Exerc. sem. romanens., semel. Rhythm. graec., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.


HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
II.			Exercit. anat., sexiens. Morbi cutis, bis. Morbi syphil., bis. Theor. art. obstetr., ter. Diagn. gynaec. semel.	Mensur. phys., semel. Pharmacogn., bis. Exerc. bot. micr. bis.
III.	Vet. Test. theol. quater.	Convers. de iur. publ. et semel.	Exercit. anat., sexiens. De vit. ocul. optic., semel. Chirurg. gen. bis. Exercit. clin. oph- thalmiatr., bis. Sel. cap. morb. nerv., semel. Hygienes p. I. ter.	Chem. analyt., bis. Pharm. p. I, quater. Exerc. bot. micr., bis. Scandinaviae geolog., semel. Palaeontol., bis. Quintilian. lib. X, semel.
IV.	Ev. synopt. quingu. De mot. soc. quater.	Convers. de iur. publ. etc. semel. Ius gent. ter. Proc. crim. quater.	Cap. sel. anthropol. gen. bis. Histologia, ter. Pharmacol., quater. Chirurg. gen., bis. Cap. toxicol. sel., semel. Sel. cap. morb. nerv., semel. Morbi mulier., semel. Cap anthrop. gen. sel. bis. Psychiatr. gener. et spec., ter. Operat. obstetr., bis. Curs. otiatr. bis.	Chem. forens., bis. Coll. de reb. chem., bis. Alcaloïda, semel. Benzolderiv., semel. Exerc. hist. semel. Fontes hist. rom., ter. Quintilianlib.X.,semel. Gramm. lat., ter. Exerc.archaeol.,semel. De vehiculis., semel.

SCHOLAE INDICE HOBARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
V.	Introd. in N. T. quinqu.	Convers. iur. pandect. semel. Convers. iur. Germ. priv. semel. Convers. iur. et proc. crim. semel. Interpr. veter. font. iur. Germ. semel in Semin.	Osteol. et Syndesmol. bis. De situ viscerum. semel. Anat. path. gen quinquies. Exercit. ophthalmoscop., bis. De morb. contagios., semel. Cap. sel. psychiatr. for., semel. Cursus. otiatr. semel.	Coll. de reb. chem. bis. Hist. philos. ant., quater. De phil. Kant., semel. Exerc. philos., semel. Geogr. Asiae, bis. Morpholog., ter. Hist. phil. recent., quater. Prosem. germ., semel. Sem. germ., semel.
VI.	Hist. eccl. rom. semel. Seminarii theol. exercit. quater. Instituti theol. pract. exercit. quater. Exercit ad ling. hebr. spect. semel. Exercit. ad Nov. Test. interpret. semel.	Convers. iur. pandect. semel. Convers. iur. Germ. priv. semel. Convers. iur. et proc. crim. semel. De duello semel.	Diagnost. phys., bis. De ossium morb., sem. Disputat. chir. semel. Relationes policl. med. semel. Pathol. et Ther. spec. p. I., quater.	Phys. cosm., bis. Pilos. nostr. aevi sententiae, bis. Exerc. philos., semel. Semin. hist., semel. Prosem. germ., semel. Sem. germ., semel. De Olympiae rebus, semel.
VII.	Seminarii theol. exercit. quater. Instituti theol. pract. exercit. quater. Exercit. ad ling. hebr. spect. semel. Exercit. ad Nov. test. interpr. semel.			Semin. hist., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
Hor. def.	Exercitat. societ. hist. eccl. semel. Pirke Aboth. semel.	In semin. exercit. iurid. semel.	Exercit. physiol. et histolog. Pract. physiol., sexi- ens. Exercit. pharmacol., sexiens. Exercit. hygien. et bacteriolog. sexi- ens. — Pract. hygien. nec- non bacteriolog. ter. De med. forens, ter. De quaest. modo med. for. semel. Cursus. chirurg. pro- paed. bis.	Exerc. phys. bis et sexiens. Select. chem. loc., sem. Prax. chem. sexi- ens, duodeciens, triciens. Petrograph. p. II, sem. Exerc. philos., semel. Elem. geolog., semel. Animal. paras., semel. Entomol., bis. Instit. mineral., sexi- ens. Exerc. geogr., semel. Labor. bot., sexi- ens. Textus e chrest. Boehl., bis. De art. earumque hist. semel. Res. German., bis. Hist. religion. ant., ter. Exerc. oecon., bis. Libell. mischnic., bis. Exerc. arab., semel. Liber lobi, ter. Ling. Aethiop., bis. Gramm. arab., bis. Opus XL wazīr, bis. Diw. Hodsāl., ter. Theaetet., bis. Carm. provinc., bis. Carm. Th. Moor., bis. Lingua angl. stud., bis. De univ. doct. ar. m., bis. Ars. comp., bis. Ars. delin., bis. Oss. m. proic., bis. Exerc. gymn. Ars. rud. bat.








~~MAR 18 '44~~

~~JUN 29 '56 H~~



Ga 9.760
De Aeschylī Supplicibus commentatio
Widener Library 002029607



3 2044 085 083 798

